Pharmacopoeia
Amsterdam

~~Barne~~
Rosenthal
18/5/10
15m - minus 15%


PHARMACOPŒA
AMSTELREDAMENSIS
LUGD: BATAV:
Apud CORNELIUM BOUTESTEYN.

1701

PHARMACOPOEA AMSTELREDAMENSIS,

in qua

MEDICAMENTA,

quæ

AMSTELODAMI

in usu sunt, artificiose præparantur

UT ET

EORUM VIRES ET DOSES.



LUGDUNI BATAVORUM
Apud CORNELIUM BOUTESTEIN,
MDCCI.



LECTORIBUS

Anonymus Scholiastes.

Principiis aliquid addere haud difficile est, atque sic res à commate in immensum usque accrescunt. Quoniam in juventute per aliquot annos Artem Pharmaceu-

ticam exercui, ſemper de apicibus hujus meditabar, præſertim de componendi Methodo; & quamvis iſtius eram candidatus, nihilominus ad altiora tendere ſedebat ſententia. Poſt aliquot annorum ſtudia, ad Doctoratus titulum evectus, edidi Belgico idiomate hæcce in Pharmacopœam Amſtelredamenſem Scholia, ſeu componendi modum una cum

viribus & doſibus, idque quidem de ſingulis compoſitionibus, non tantum pro Pharmaciæ tyronibus, ſed & pro Medicis junioribus. Plurima addere nolui, quia multa in uſu Medicorum non ſunt, volui duntaxat ea adjungere, quæ vulgo recepta ſunt. Philoſophicam viam quoque non ingreſſus, ſed ad ſimplicem intellectum omnia direxi, ut in-

incipientibus facilis esset accessus. Havete hæc lectores benevoli, & æqui bonique, quæ exhibentur, consulite.

PHAR-

PHARMACOPOEA AMSTELREDAMENSIS.

SECTIO PRIMA,

De Medicamentis Simplicibus in officinis aſſervandis.

Radices.

Acetoſæ, oxalidis, oxylapathi.
Acori, *ſeu* Calami aromatici officinarum.
Alcannæ.
Allii
Althææ.
Angelicæ.
Apii.
Ari.
Ariſtoloch. longæ.
rotundæ.
tenuis.
Aſari.
Aſparagi.
Bardanæ, *ſeu* Lappæ majoris.
Biſtortæ.
Bruſci *ſive* Ruſci.
Bryoniæ.
Calami Aromatici *ſive* Acori.
Capparis.
Cardui Benedicti.
Carlinæ.
Caryophyllatæ.
Cavæ.
Cepæ.
Chinæ.
Chelidoniæ majoris.
minoris.
Cherefolii.
Cichorei.
Conſolidæ majoris.
Contrayervæ.
Coſti utriuſque.
Cucumeris aſinini.
Curcumæ,

Cyclaminis.
Cynoglossi.
Cyperi longi
rotundi.
Dentis Leonis *sive* Taraxici.
Dictamni albæ *sive* Fraxinellæ.
Doronici Romani.
Ebuli.
Enulæ campanæ *sive* Helenii.
Eryngii.
Esulæ utriusque.
Filicis.
Fœniculi.
Fraxinellæ, *seu* Dictamni albæ.
Galangæ.
Gentianæ.
Glycyrrhizæ.
Graminis.
Helenii.
Hellebori albi
nigri.
Hermodactylorum.
Hirundinariæ *sive* Vincetoxici.
Hyoscyami.
Jalappæ.
Ibisci, Althææ *sive* Bismalvæ.
Imperatoriæ, *seu* Ostrutii.

Iridis Florentinæ.
Lapathi acuti.
Levistici.
Liliorum alborum.
Liquiritiæ *sive* glycyrhizæ.
Malvæ.
Mandragoræ.
Mechoacanæ.
Meu.
Narcisci.
Nymphææ.
Ononidis.
Osmundæ regalis.
Ostrutii, *sive* Imperatoriæ.
Oxalidis *sive* Acetosæ, *vide* Oxylapathi.
Oxylapathi, Oxalidis *sive* Acetosæ.
Pæoniæ.
Pastinacæ hortensis.
Pentaphylli.
Petasitidis.
Petroselini.
Peucedani.
Phu, *seu* Valerianæ.
Pimpinellæ.
Plantaginis.
Polypodii querni.
Porri Capitati.
Pyrethri.
Raparum.

Raphani.

Raphani.
Restæ bovis, *sive* Ononidis.
Rhabarbarum.
Rhaponticum.
Rubiæ tinctorum.
Rusci.
Sambuci.
Satyrii.
Saxifragiæ.
Scorzoneræ.
Scilla.
Scrophulariæ.
Sigilli Salomonis.
Spica Nardi Celtica.
Indica.
Symphyti majoris, *sive* consolidæ maj.
Taraxici, *sive* dentis Leonis.
Tormentillæ.
Turbith.
Tussilaginis.
Valerianæ *sive* Phu.
Vincetoxici.
Zarzæparillæ
Zedoariæ,
Zingiberis.

His adnumerentur Fungi.

Agaricus.
Auriculæ Judæ.
Orbicularis, *nostro idiomate* Bovist.

Cortices.

ARantiorum.
Casia lignea.
Cinamomum.
Citriorum.
Castanearum interiores.
Ebuli.
Fraxini,
Glandium calices.
Granatorum.
Iuglandium.
Kinæ kinæ.
Ligni Guajaci.
Limonum.
Macis.
Mali chinensis.
Malicorii *sive* granatorum.
Quercus.
Rad. Capparum.
Sambuci indiani.
Tamarisci.
Xylocassiæ *sive* cassiæ ligneæ.
Winterani.

Ligna.

ALoes.
Aſpalathum.
Braſilianum.
Buxinum.
Colubrinum.
Guajacum.
Iuniperinum.
Molucenſe, *ſeu* Panava.
Nephriticum.
Rhodium.
Sanctum, *ſive* guajacum.
Santalum album.
citrinum.
rubrum.
Saſſafras.
Viſci quercini.

Folia, &

Herbæ.

ABrotani maris.
Abſinthii vulgaris, *ſeu* latifolii.
Romani, *ſeu* tenuifolii.
Acetoſæ, oxalidis, oxylapathi Hiſpanici.
Romani.
Sylveſtris.
Trifolii.
Acetoſellæ, Alleluyæ, Lujulæ, Trifolii, Acetoſæ, Oxytriphilli.
Adianti albi.
Agrimoniæ.
Alchimillæ.
Alſines.
Althææ.
Anethi ſummitates.
Apii.
Argentinæ.
Artemiſiæ.
Aſari.
Aſplenii.
Atriplicis.
Baſilici *ſive* Ocymi.
Becabungæ, *ſive* Anagallidis aq.
Bellidis.
Betæ.
Betonicæ.
Biſmalvæ.
Boraginis.
Botryos.
Brancæ urſinæ.
Braſſicæ *ſive* caulium.
Bugloſſæ.
Burſæ paſtoris.
Calaminthæ.
Capilli Veneris.

Capri-

Caprifolii.
Cardui benedicti.
Caudæ equinæ.
Caulium *five* Braſſicæ.
Centaurii minoris ſummitates.
Ceterach.
Chamædryos.
Chamæpityos.
Chelidonii majoris.
Cherefolii.
Cichorei.
Cicutæ.
Cochleariæ.
Cuſcutæ cum floribus.
Dentis leonis, *ſive* Taraxici.
Dictamni Creticæ.
Ebuli.
Endiviæ *ſive* Intybi.
Epithymi.
Equiſeti, caudæ equinæ, *ſive* Hippuris.
Eryſimi.
Eupatorii aquatici, *ſeu* Cannabini.
Euphragiæ cum flor.
Farfaræ, *ſive* Tuſſilaginis.
Fœniculi.
Fragariæ.
Fumariæ.
Gallitrichi, *ſeu* Scarleæ.
Hederæ arboreſc.
Terreſtr.
Hellecebræ.
Hepaticæ.
Hyoſcyami.
Hyperici ſummitates.
Hyſſopi.
Ibiſci, Althææ, Biſmalvæ.
Lactucæ.
Lapathi ſativi.
Laura.
Leonitis paluſtris.
Licenis.
Linguæ cervinæ.
Lupuli
Majoranæ.
Malvæ.
Mandragoræ.
Marrubii, *ſeu* Phraſii.
Matricariæ.
Meliſſæ.
Menthaſtri.
Menthæ ſativæ.
aquaticæ.
Mercurialis.
Millefolii.
Muſci quercini.
Myrti.
Naſturtii aq. *ſive* Siſymbrii aq.

Hiemalis *sive* Barbareæ.
Hortensis.
Nepetæ.
Nicotianæ.
Nummulariæ.
Ocymi.
Origani Cretici.
vulgaris.
Oxalidis, Acetosæ, Oxylapathi.
Papaveris hortensis.
Parietariæ.
Persicariæ.
Petroselini
Phellandrii.
Phyllitidis, *seu* Linguæ Cervinæ.
Pilosellæ
Pimpinellæ.
Plantaginis.
Polii montani.
Polygoni.
Polytrichii, *seu* Trichomanis.
Portulacæ.
Primulæ veris.
Prunellæ.
Pulegii.
Pulmonariæ.
Pyrolæ.
Quercus.
Ribesii nigri.
Rorismarini.
Rosarum.
Rubi summitates.
Rutæ.
Rutæ murariæ, *seu* Salviæ vitæ.
Sabinæ.
Salicis.
Salviæ.
Saniculæ.
Saturejæ.
Scabiosæ.
Scarleæ.
Schænanti, *sive* Squinanthi.
Scolopendrii, *seu* Ceterach.
Scordii.
Sempervivi maj. *sive* Sedi maj.
Senæ.
Serpylli.
Solani.
Soldanellæ.
Solidaginis Saracenicæ.
Sonchi levis.
Tanaceti.
Tapsi barbati *sive* Verbasci.
Taraxici, *sive* dentis, Leonis.
The Chinensium.
Thymi cum florib.
Trifolii aq.

Tussila-

Tussilaginis.
Verbasci.
Verbenæ.
Veronicæ.
Vincæ pervincæ.
Violariæ.
Virgæ aureæ.
Urticæ.

Flores.

Anethi.
Balaustia.
Betonicæ.
Borraginis.
Buglossæ.
Calendulæ.
Camomillæ *vide* Chamæmeli.
Caprifolii.
Caryophylleus.
Chamæmeli romani.
vulgaris.
Cheiri.
Crocus.
Cyani, *seu* Frumenti.
Genistæ.
Hyperici.
Keiri *vide* Cheiri.
Lavendulæ.
Liliorum alborum.
convallium.
Malvæ arboreæ.
Meliloti.
Nymphææ albæ.
Pæoniæ.
Papaveris erratici.
Rorismarini.
Rosarum rubrarum.
Salviæ.
Sambuci.
Schœnanthum.
Stœchadis.
Tiliæ.
Trifolii odorati.
Verbasci.
Violarum.

Semina.

Acetosæ.
Agni casti.
Allii.
Althææ.
Ammios.
Amomi.
Anethi.
Anisi.
Antheræ *vide* Rosarum.
Rosarum, *seu* Anthera.
Apii.
Aquilegiæ.
Asparagi.

Atriplicis.
Bardanæ.
Basiliconis *sive* Ocymi.
Berberorum.
Bombacis.
Buniadis *sive* Napi
Cæpæ.
Cannabis.
Cardamom. minus.
Cardui benedicti.
Carei.
Carthami, *seu* Cnici
Caulium.
Cicer rubrum.
Citri.
Citrulli.
Cnici, *seu* Carthami.
Colocynthidis.
Coriandri.
Cubebe.
Cucumeris.
Cucurbitæ.
Cumini.
Cydoneorum.
Dactylorum ossa.
Dauci Creticici.
vulgaris.
Endiviæ.
Erucæ.
Fabæ.
Fœniculi dulcis.
vulgaris.
Fœnugræci.
Fraxini *seu* linguæ avis.
Fumariæ.
Genistæ.
Grana Paradisi.
Hordeum integrum.
mundatum.
Hyoscami albi.
Hyperici.
Lactucæ.
Lentium.
Levistici.
Linguæ avis *vide* Fraxini.
Lini.
Lupini.
Malvæ.
Melonum.
Milii Solis.
vulgaris.
Napi.
Nardi, *vide* Nigellæ.
Nasturtii.
Nigellæ.
Nuclei cerasorum.
persicorum.
pinei.
Ocimi.
Oleris atri.
Oryza.
Orobi.
Pæoniæ.
Papaveris albi.
nigri.

nigri.
Pastinacæ.
Petroselini Maced.
vulgar.
Phellandrii.
Plantaginis.
Porri.
Portulacæ.
Psyllii.
Raphani.
Rusci.
Rutæ.
Sambuci.
Santonici.
Saxifragiæ.
Scariolæ.
Seselios Massiliens.
Sileris montani.
Sinapi.
Sophiæ.
Staphidis agriæ.
Sumach.
Thlaspios.
Urticæ.
Zedoariæ *vide* Santonici.

Fructus.

Alkekengi, *seu* Halicacabi.
Amygdalæ amaræ.
dulces
Anacardi.
Baccæ Hederæ.
Iuniperi.
Lauri.
Mezeræi.
Myrti.
Sambuci.
Berberorum.
Cacoa.
Capita Papaveris.
Capparis.
Caricæ *vide* Ficus.
Carpobalsamum.
Caryophylli,
Casia fistularis.
Cerasa.
Coccus baphica, *vide* grana kermes.
Coffea.
Colocynthis.
Corni.
Cucumer asininum.
Dactyli.
Ficus.
Fraga.
Gallæ.
Garyophylli Plinii.
Glandes.
Grana kermes *vide* coccus Baphica.
Iujubæ.
Kermes grana, *seu* Coccus Baphica.
Mespila immatura.

Myrobal. Belliricæ.
Chebulæ.
Citrinæ.
Emblicæ.
Indæ.
Myrtilli *vide* Myrti.
Nuces avellanæ.
Ceraforum.
Juglandium.
Mespilorum.
Persicorum.
Pini.
Nux Cupressi.
Moschata.
Pistachia.
Vomica.
Olivæ.
Passulæ majores.
minores.
Piper album.
brasiliense.
longum.
nigrum.
Poma acida.
Aurantia.
Chinensia.
Citria.
Cydonia.
Dulcia.
Granata, punica.
Immatura.
Limonia.
Pruna.
Sebesten.
Siliquæ dulces.
Tamarindi.
Uvæ.

Farinæ.

AMylum.
Fabarum.
Fœnugræci.
Hordei.
Lupinorum.
Rad Althææ.
Consolidæ maj.
Seminum Lini.
Volatilis.

Succi liquidi.

ACetum.
Agrestæ, *seu* Omphacium.
Aurantiorum.
Berberorum.
Citriorum.
Cydoneorum.
Fumariæ.
Granatorum.
Limonum.
Oleum.
Omphacium.
Rosarum pallidar.
Vinum.

Vinum canarinum.
Gallicum.
Hiſpanicum.
Moeſelanicum.
Rhenanum.

Succi condenſati.

Gummi & Reſinæ.

ABſinthii vulgaris ſuccus.
Acacia vera.
Aloe hepatica.
Socotorina.
Ammoniacum.
Amylum.
Aſa fœtida.
Balſam. Peruvianum.
album.
nigrum.
Copavyvæ.
Bdellium.
Benzoinum.
Bitumen Iudaicum.
Caphura.
Colophonia.
Elaterium.
Eupatorii aquatici ſuccus.
Euphorbium.
Fuligo.
Galbanum.
Chitta jemou, *ſeu* Gutta gamba.
Gluten.
Glycyrrh. ſuccus.
Gum. Animæ.
Arabicum.
Caranna.
Ceraſorum.
Copal.
De peru.
Elemni.
Hederæ.
Juniperi.
Perſicorum.
Prunorum.
Tacamahaca.
Gutta gamba, gamandra & ghitta jemou.
Hypociſtid. ſuccus.
Lacca.
Ladanum.
Liquid Ambar.
Manna.
Maſtiche.
Myrrha.
Olibanum *vide* Thus.
Opium.
Opobalſamum.
Opopanax.
Pix.
Reſina Abietina.
Citrina.
Laricea.

Pini.
Terebinth.
Saccharum album.
rubrum.
cantum album.
rubrum.
penidium.
Sagapenum.
Sandaracha Arabum, *seu* Gummi Iuniperinum.
Sanguis Draconis.
Sarcocolla.
Scammonium.
Styrax Calamita.
liquida.
Succinum album.
citrinum
Tartarum Vini albi.
Terebinthina veneta.
vulgaris
Thus.
Tragacanthum.

Animalia, eorum Partes, & Excrementa.

ADeps Anatis.
Anguillæ.
Anseris.
Canis.
Cervi.
Felis.
Gallinæ.
Hominis.
Taxi.
Ursi.
Album græcum.
Angues.
Araneæ.
Aselli, *sive* Millepedes.
Axungia Porci.
Bezoar Occidentalis.
Orientalis.
Bufones.
Butyrum.
Cancrorum fluviatilium Oculi.
Cantharides.
Caseus.
Castoreum.
Cera alba.
flava.
Cochleæ.
Couchenilia.
Cornu Cervi.
Cortices ovorum.
Cranium Hominis violenta morte extincti.
Dens apri.
Ebur.
Fel tauri.
Hirci Sanguis præparatus.

H

Hirudines.
Ichthyocolla.
Lac animalium.
Lapides asellorum.
Lucii mandibulæ.
Lumbrici terræ.
Mandibulæ Lucii.
Medulla ossium.
Mel album.
flavum.
Millepedes, seu Aselli.
Moschus.
Mumia.
Oculi cancri.
è corde cervi.
Ova.
Priapus cervi.
Ranæ.
Sanguisugæ.
Sapo niger.
Sapo Venetus.
Scincus.
Sepiæ os.
Serici folliculi.
Sevum hircinum.
Sperma Ceti.
Spodium ex ebore.
Stercus capri.
columbi.
equi.
gallinæ.
hominis.
ovis.
vaccæ.

Tela aranearum.
Testæ chamarum.
cochlearum.
concharum.
ostreorum.
tellinarum.
Viperæ.
Vulpes.
Ungula Alcis.
Unicornu.
Zibetum.

Mineralia,

Metalla, Lapides.

Ærugo.
Æs ustum.
Alumen rupeum.
plumeum.
ustum.
Alabastrum.
Antimonium.
Argentum foliaceum.
vivum.
Arsenicum album.
Auripigmentum.
Aurum foliaceum.
Bolus Armenia.
vulgaris.
alba.
Borax.
Calx viva.
Cerussa.

Chalcitis.
Chalybs.
Chrysocolla.
Cinnabaris.
Creta alba.
Crystallus.
Ferrum.
Granatus.
Hyacinthus.
Lapis Armenius.
Calaminaris.
Hæmatites.
Judaicus.
Lazuli.
Nephriticus.
Scissilis.
Silicis.
Lithargyrus argenti.
auri.
Magnes.
Mercurius, vivus *vide* Argentum vivum.
Minium.
Nihil album.
Nitrum, *vide* Salpetra.
Osteocolla.
Plumbum ustum.
Pompholyx, *seu* Nihil album.
Rubinus.
Rubrica.
Sal Armoniacus.
Gemmæ.
Petræ, *seu* Nitrum.
vulgare.
*S*andaracha græcorum, *vide* Arcenicum rubrum.
*S*apphirus.
*S*ardus.
*S*coria ferri.
*S*maragdus.
*S*tibium *vide* Antimonium.
*S*ublimatum.
*S*ulphur.
Terra Lemnia.
Topasius.
Tutia officinarum.
Viride æris.
Vitriolum album.
Anglicum.
Cyprium.
Hungaricum.
Romanum.
Vitrum Antimonii.

Marina.

AMbra grisea.
Blatta Byzantia.
Coralli albi.
rubri.

Coral-

Corallina.
Margaritæ.
Pumex.
Spongia.

PRÆLEGOMENA

Modus quo nonnulla ſimplicia colliguntur.

Decet ut omnes Pharmacopœi habeant proprium hortum, ut ſemper *Radicibus, Herbis, Floribus, Fructibuſque* &c. ſecundum Doctorum mentem, quantum poſſibile eſt, utantur, recentibus; notum enim eſt, ut ſiccatione particulæ maximè ſubtiles tempore in fugam avolent, aliamque longè indolem acquirant, quam Medicorum ſcopus poſtulat: & ſi hoc fieri nequeat, ſaltem radices in arena præſertim tempore hyemali aut alias ſunt conſervandæ; etiam habentur nonnullæ, quæ planè ſiccari non debent, ut ſunt *Radices Acetoſæ, Aſparagi, Cichorei, Liliorum alborum, Paſtinacæ, Taraxici*, &c. itaque hæ in arenâ neceſſario ſunt ſervandæ, & utinam cum omnibus, quæ indigenæ ſunt, hoc modo ageretur; hac methodo acari, vermes, &c. thecas & capſulas non replerent.

Quoad tempus ſiccationis (ſi neceſſitas exi-

exigat) eligendi, obſervarem meâ opinione, illud, quando folia floribus careant ac ſemine, quia tunc omnis ſuccus ex radicibus eſt, & folia &c. illum abſorbuerunt, quod tunc præprimis patet ex earum duritie & lignoſitate: itaque ſunt tempore autumni, Hyemis aut veris terrâ evellendæ, lavandæ & mundandæ; ſi fuerint craſſæ, in taleolas ſunt ſecandæ, vel ſi oblongæ ſint nimis, & mediocriter craſſæ, per medium bis vel ter findendæ, idque ad longitudinem unius digiti, deinde extra ſolis calorem ſiccandæ. Inveniuntur quoque radices nimium lignoſæ, quarum medulla inutilis eſt, eæ malleo ligneo non nihil contunduntur, ut cortex ſolummodo conſervetur reliquumque removeatur, & inter eas inveniuntur præſertim radices fœniculi, & petroſelini.

Radices exoticæ tam recentes ſint, quam fieri poſſit; quæ ſunt carioſæ, & à vermiculis corruptæ, abjiciendæ: attendendum ad omnia, nam materia ſimplicia divendentes, foraminula carioſa norunt obturare, & materia non convenienti implere, ut materia divendenda adornata oculos paſcat, atque ſic eorum anima, emptor, Medicus & æger decipiuntur: *Dioſcorides* ſuo tempore & poſt ipſum *Matthiolus* aliique plures de hujuſmodi fraude non parum queruntur. Ideoque conſultius eſt ut Pharmacopœi paulo generoſius abægris ſolvantur, eum in finem, ut ſim-

ſimplicia divendant atque ſervent quam optima: tum Medicus eo ſecurius in præſcribendis formulis erit, & Pharmacopœus deinde famam ſuam exauget; denique ægri citius, tutius & jucundius curabuntur.

Cortices à fructibus maturis decorticandi, & in umbra ſiccandi. Sed arborum cortices autumnali, hyemali ac veris tempore detrahendi & colligendi.

Ligna in noſtrâ orbis plagâ provenientia, colliguntur, quando arbores ſine foliis, fructibus & floribus inveniuntur; vel, ſi ſemper vireant, in autumno, aut veris principio.

Folia omnia atque *Herbæ*, præſtantius congregantur, antequam flores explicantur, aut ſemen producunt, alias vires ex foliis evehuntur, niſi folia ſine caule aut trunco producantur, ut *violaria*, *Fragaria*, *Bellis*, *Valvia*, *Sanicula*, &c.

Attendendum quoque, quod omnes Herbæ ſiccari non debeant, ut ſunt *Acetoſa*, *Bellis*, *Cochlearia*, *Endivia*, *Lactuca*, *Naſturtium*, *Sempervivum*, *Solanum*, *Taraxicum* &c. Hæ ſemper in hortis vireant oportet, nam ſi ſiccentur, ab omnibus viribus privantur & inutiles evadunt: omnes ferè Herbæ aquaticæ, vel quæ acri aut acido ſale turgent, viribus orbantur; aſt ſi polleant particulis quibuſdam oleoſis, viſcidis, aſtringentibus aut ſalibus fixis &c. multò melius exſiccationi exponuntur, quod apprimè in omni-

omnibus ferè odoratis Herbis liquet, uti in *Thymo*, *Hyssopo*, *Lauro*, *Majoranâ*, *Roremarino* &c. liquet Item in viscidis, quemadmodum in *Altheâ*, *Violariis*, *Malvâ* &c. quarum particulæ multò tenaciores sunt, & per consequens melius invicem adhærent, quam cæteræ plantæ, quarum corpuscula facilius auras petunt.

Tempus collectionis foliorum & herbarum est, quando aër serenus est, & solis radii in summo sunt; si quippe essent rore, pluviâ aut nebulis &c. madida inter siccandum nigrorem acquirerent, post collectionem à superfluis mundantur, & in loco umbroso supra tabulatum sparguntur, sed cavendum ne nimis densè invicem incumbant, alias putrescerent facile, nigrorem contraherent & maxima virium pars avolaret.

Flores medii die & cœlo sereno præsertim colligendi, & in umbrâ siccandi, nisi pro conservis, syrupis, Aquis &c. componendis, destinentur. Rosæ rubræ, oporter ne explicentur, sed inexplicatæ seu immaturæ maneant, quando foliola rubra se manifestare incipiunt, quorum è calicibus sumuntur, & ab unguibus flavis forficula liberantur, dein in loco, umbroso siccantur.

Fructus sint optime maturi, nisi ante maturitatem essent colligendi, ut sunt *nuces juglandes*, *Mespila*, &c. qui deinde fornaci modicè calidæ committuntur, vel si fieri possit, supra tabulatum calidum:

for-

ſornaces enim nimis celeriter, ut plurimum, ſiccant, & fructus ab omni ſucco orbantur.

Semina colligenda, quando ſunt matura, & in ſuis folliculis exaudiri queunt, vel ſpontè excidunt : vel ſi in fructibus concludantur, uti in cydoniis, cucumeribus &, debent eſſe matura, tunc enim ſemina eximuntur & leniter in umbrâ ſiccantur.

SECTIO II.

De Aquis, & Acetis.

Aquæ Simplices Stillatitiæ.

ABſinthii.
Acetoſæ.
Artemiſiæ.
Betonicæ.
Boraginis.
Camomillæ.
Caprifolii.
Cardui benedicti.
Chelidonii majoris.
Cichorei.
Cochleariæ.
Euphragiæ.
Fœniculi.
Flor. caryophylleorum.
Fabarum.
Lavendulæ.
Liliorum alb.
Liliorum convallium.
Pæoniæ.
Roſarum.
Florum Sambuci.
Tiliæ
Fumariæ.
Hederæ terr.
Hyſſo-

Hyssopi.
Lactucæ.
Levistici.
Malvæ.
Matricariæ.
Melissæ.
Menthæ.
Papaveris erratici.
Petroselini.
Plantaginis.
Portulacæ.
Pulegii
Raphani rust.
Rorismarini.
Rutæ.
Salviæ.
Scordii.
Solatri.
Spermatis Ranarum.

Modus, quo Aquæ simplices destillari possint.

Recipiuntur Herbæ plenô meridie lectæ vel terrâ evulsæ, quæ in mortario modicè contunduntur, eæque aheno induntur, donec ad dimidium usque repleatur; hisce admiscetur nonnihil cerevisiæ fæx; vel singulis herbarum libris additur Tartari vini drachma unica; materia tunc digeritur per diem unum aut alterum, ut nempe particulæ subtiliores magis exaltentur & eo paratius sint, ut inter destillandum per alembicum ascendant.

Melius ex proprio succo destillantur, quarum Aquæ eo efficaciores evadunt: alias singulis herbarum libris affunduntur aquæ communis unciæ viginti: deinde à singulis libris abstrahuntur unciæ quinque.

Imposito Alembico, omnes juncturæ lutantur Amylo cocto, Farina lini vel Fa-

rina

rina triticea; deinde lentè destillatio procedit, ne scilicet Alembicum, ob nimios vapores, in altum exsiliat, & materia contenta adurat. Si destillatio nimis celeriter procedat, ignis aquæ affusione est moderandus, & alembico imponitur linteum frigida turgidum, atque sic statim nimius fervor temperabitur.

Alembici rostro adjungitur vas ligneum sive dolium; intus continens fistulam spiralem, ex stanno vel plumbo conflatam; deinde dolium illud aqua frigida impletur, nempe ut vapores elevati, statim in aquam coagulentur, alias vapores ilico in auras abirent. Recipiens tunc inferiori dolii seu Refrigeratorii parti supponitur, ut materia destillata guttatim recipiatur.

Quando fœniculi aqua est destillanda, præstat bonam partem istius herbæ seminis non contusi partem addas; nam si contusum fuerit, tunc oleosæ particulæ cum aqua misceri nequeunt, & per consequens nihil olei reciperes: adde semen, nempe ut aqua eo efficiacior ascenderet.

Flores præstantius non contusi destillantur, nisi eos velis sale condire, quod convenientius in rosis destillandis, quam recentibus; salis quippe additione, Rosæ melius fermentantur, quia quod in crudis adhuc crudum erat, fermentando magis exaltatur. Aquæ odoriferæ melius evadent, si post semiannum destillatæ fuerint;

rint; recens enim destillatæ omnes empyreuma quoddam semper olent.

Si destillaturus *aquam spermatis ranarum*, ahenum ad tertiam partem tantum est inplendum, alias materia destillanda subitò nimis ascenderet, quod est observandum.

Aqua Centaurii minoris.
Graminis.

℞. Herbæ Centaurii minoris, *vel*
Radicum Graminis q. s.

Contusa macerentur affusa aqua ad eminentiam duorum digitorum cum tantillo salis, & putrefiant per aliquot dies, donec subacescant: postea destillentur in B. M. usque dum dimidium aquæ affusæ exstillarit.

Aqua Cinamomi.

℞. Cinamomi contusi Libram unam & semis,
Aquæ Hordei Libras octo.

Destillentur s. a.

Cinamomo acuto mediocriter tuso, vel potius confracto, affunditur aqua hordei, dein lentè cum refrigeratorio destillatur, donec non amplius albescat; si enim aqua clarescat, signum est quo cognoveris, omne oleum esse elevatum.

Sanguinem & Spiritus reficit & roborat, sine vel cum alterius cordialis aquæ additione.

Aqua

Aqua Mellis.

℞ Mellis q. s.

Ut repleatur decima pars cucurbitæ amplæ terreæ, vel vitreæ cum Alembico vitreo, & Balneo bulliente destilletur phlegma, seu Aqua Mellis. Cum autem guttæ incipiunt acescere, vase arenæ imposito, aucto igne liquor secundus, & tertius extrahuntur.

Ne inter destillandum materia nimis subitò effervescat seu ebulliat & Alembicum ascendat, addi solet nonnihil arenæ siccæ.

Præscribitur in alopecia & pilis de capite decidentibus, ut de novo novi crescant, si loca depilata tantum hac aqua quotidie laventur, hoc quoque modo verrucæ depelluntur: Inservit quoque ad *Tincturam corallorum* faciendam.

AQUÆ COMPOSITÆ.

Aqua Alexipharmaca.

℞ Nucum Juglandium cum corticibus mense Junio collectarum Libras quatuor.
Herb. Cardui benedicti,
Melissæ,
Rutæ,
Scabiosæ,
Scordii, ana Uncias quatuor.

Affun-

Affunde Aceti q. ſ. donec duos vel tres digitos ſuperſtet: ſed prius materia minutim eſt contundenda, atque mixturam vitreæ cucurbitæ infunde, poſtea per duas aut tres ſeptimanas repone, deinde per organa vitrea ex arena lente deſtilla neateria aduratur, donec omnis liquor abſtractus fuerit.

Adverſus peſtem & febres ardentes ſolet præſcribi, ſi uncia ſemis Julapiis aut ſudoriferis admiſceatur concitat ſudorem, atque depellit omne venenum ſulphureum aut ſalinum.

Aqua Ant-epileptica.

℞ Rad. Pæoniæ maris ſiccatarum Libram ſemis.
Angelicæ,
Fraxinellæ,
Fol. Origani Cretici,
Rutæ,
Salviæ, ana Unciam unam.
Flor. Pæoniæ maris,
Betonicæ.
Liliorum convallium.
Roriſmarini,
Tiliæ, ſiccatorum.
Sem. Ammios Orientalis,
Nigellæ, ana Unciam ſemis.
Pæoniæ Uncias duas.
Caſſiæ ligneæ,
Caryophyllorum,

Car-

Cardamomi minoris,
Nucis moſchatæ,
Olei Vitrioli, ana Drachmas duas.

Pulveriſandis craſſe pulveriſatis affundantur Spiritus Vini Libræ decem, macerentur per octiduum vaſe bene clauſo: deinde colentur per ſetaceum denſiſſimum: colatura ſervetur in vitreo nimbo probe obturato.

Præſcribitur Epilepticis; item in vertigine, cephalalgia ax viſcidis humoribus orta &c. Convenit quoque in infantium motibus Epilepticis, & ventriculis ab humoribus tenacibus corruptis ſeu infrigidatis.

In Adultis cochleatim ad unciam unam in convenienti liquore propinatur. Infantibus datur ad drachmas duas in uncia ſemis alterius liquoris.

Aqua Prophylactica.

℞ Rad. Angelicæ,
Zedoariæ, ana unciam unam.
Petaſitidis, uncias duas.
Fol. Rutæ, uncias quatuor.
Meliſſæ,
Scabioſæ,
Fl. Calendulæ, ana unc. duas.
Nucum juglandium imm.conc.libr.duas.
Pomi citri rec. conc. libr. unam.
Aceti vini opt. libr. XII.

deſtillentur ſ. a. per organa vitrea ad tres quartas partes.

Vires & doſis, ut in aqua alexipharmaca dictum.

Aqua Anti-nephritica.

℞. Rad. Raphani ſylveſtris Uncias quat.
Glycyrrhizæ,
Ononidis,
Petroſelini,
Pimpinellæ, ana Uncias duas.
Ligni Nephritici interioris,
Saſſafras, ana Uncias tres.
Fol. Hederæ terreſtris Manip. quat.
Ribeſiorum nigrorum,
Betonicæ,
Chærefolii,
Fragariæ, ana Manipulos duos.
Sem. Fœniculi,
Urticæ,
Bacc. Alkekengi, ana Uncias duas.
Juniperi Unciam unam.

Macerentur in ſucci Hederæ terreſtris & Vini albi rhenani ana q. ſ. per tres dies. Deinde ſ. a. deſtillentur, & ſervetur aqua uſui in nimbo vitreo bene obturato.

Pellit ex veſica & renibus omne ſabulum arenoſum; cujus doſis eſt cochlear unicum, vel ad unciam unam & ulterius in aliqua mixtura: valet quoque in Iſchuria, Dyſuria, urina ardente &c.

Aqua

Aqua Anti-paralytica.

℞. Rad. Salſæ parillæ,
Ligni Guajaci, ana Libram unam & ſemis
Saſſafras Uncias tres.
Herb. Betonicæ,
Calaminthæ montanæ,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Hyſſopi,
Majoranæ,
Origani,
Praſii,
Primulæ veris,
Pulegii,
Roriſmarini,
Salviæ,
Serpylli,
Thymi,
Flor. Calendulæ,
Stœchados, ana Manipulum unum.
Bacc. Juniperi Unciam unam.

Infundantur triduo in q. ſ. Spiritus Vini, ut ſupereminеat quatuor digitos: deinde ſ. a. deſtillentur. Liquori deſtillato iterum per diem naturalem infundantur.

Rad. Coſti amari,
Pyrethri,
Zingiberis,

Sem. Sinapi albi,
Caryophyllorum,
Piperis,
Cinamomi,
Styracis Calamitæ,
Caſtorei, ana Drachma una.

Deſtillentur ſ. a. & aqua ſtillatitia uſui ſervetur in vitreo nimbo probe obturato.

In Paralyſi, Apoplexia, Vertigine, cephalalgia ex frigore orta, &c. tam internè quam externè uſurpatur. Infunditur auri ad ſuſurrum, & ſurditatem; naribus ſi attrahatur, proficuum erit in Coryza & Odontalgia. Si in ore teneatur, pellit glandulas infrigidatas ſeu obſtructas, ut & ſanguinem coagulatum, &c. etiam flatus pellit, & ſtomachum pituita obſeſſum roborat. Internè datur in vehiculo convenienti ad unciam unam vel duas. Externè vel purum uſurpatur, vel mixtum.

Aqua Hyſterica.

℞. Rad. Bryoniæ ſiccatarum,
Bacc. Sambuci maturarum, lento furni calore exſiccatarum, & à ſtipitibus mundatarum, ana Uncias duas.
Fol. Artemiſiæ,
Dictamni Creticæ,
Matricariæ,
Nepetæ,
Ocimi,

Ocimi,
Pulegii,
Rutæ,
Sabinæ, in umbra ſiccatorum, ana Unciam ſemis.
Cort. Arantiorum exteriorum ſiccatorum Unc. unam & ſemis.
Myrrhæ,
Caſtorei, ana Drachmas tres.
Croci Drachmam unam.

Pulverata macerentur per octiduum in Spiritus Vini Libris quatuor: deinde colentur per ſetaceum denſiſſimum: colatura ſervetur in nimbo vitreo diligenter obturato.

Valet in Hyſtericis paſſionibus ſi cochleatim detur ad unciam ſemiſſem & ulterius ſimplex vel cum alio vehiculo.

Aqua & Spiritus Theriacalis.

℞ Cort. Citriorum exterior. ſiccator.
Radicum Petaſitidis,
Glycyrrhiſæ,
Pimpinellæ,
Tormentillæ, ana Unc. duas.
Angelicæ,
Dictamni albæ,
Gentianæ,
Imperatoriæ,
Vincetoxici,
Zedoariæ,

Fol. Cardui benedicti.
Rutæ,
Scabiosæ,
Scordi, siccator. an. Unc. unam.
Sem. Acetosæ,
Cardui benedicti, ana Unciam semis.
Croci Britannici Drachmas duas.

F. omnium pulvis crassus, maceretur per octiduum in B. M. cum Spiritus Vini Libris duodecim, vase bene clauso: deinde colentur per setaceum densissimum: colaturæ adde.

Theriacæ veteris Uncias tres.
Olei Sulphuris per campanam destillati Drachmas duas.

Serventur in vitreo nimbo bene obturato.

Quando Tinctura hæc destilletur, vocatur *Spiritus Theriacalis*, qui gratioris est saporis.

Cochleatim datur, vel cum convenienti liquore miscetur: usus est in febribus, peste, morbis malignis, flatibus, coryza, vermibus, &c. & mediocriter sudorem pellit.

Aqua Vitæ composita.

℞ Cinamomi Uncias tres.
Santalorum omnium, ana Drach. sex.
Rad. Caryophyllatæ,
Galangæ,
Zingiberis,
Cort. Arantiorum,

Citrio-

Citriorum, exterior, ſiccator.
ana Drach. duas & ſemis.
Nucis moſchatæ,
Cardamomi minoris,
Macis, ana Drachmas tres.
Sem. Aniſi,
Dauci Cretici,
Fœniculi dulcis,
Ocimi, ana Drachmam unam & ſemis.
Fol. Majoranæ,
Salviæ,
Saturejæ, ana Unciam ſemis.
Flor Caryophylleorum fragrantium,
Roriſmarini,
Roſarum rubr. ana Drach. duas.

F. omnium pulvis craſſus: cujus dimidia pars octiduo maceretur in Spiritus Vini Libris tribus: dein fiat colatura per denſum ſetaceum.

Alteri dimidia addantur.

Pulv. Diamargaritôn frigidi,
Diambræ, ana Drach. tres.

Macerentur in ſimili quantitate Spiritus Vini & colentur ut ante: colaturæ indantur,

Ambræ griſeæ,
Moſchi, in nodulo ligatorum, ana Scrupulus ſemis.
Julapii Roſacei Unciæ ſex.

Utraque colatura ſeorſim in nimbo vitreo obturato ſervetur.

Reficit ſpiritus & ſanguinem; juvat morbos ex frigore & pituita provenientes, ut in cephalalgiâ, vertigine, ſto-

macho imbecilli, flatibus, acidis & salsis humoribus, nauseâ, vomitu, singultu, &c.

Simplex datur, vel in mixturis cochleatim, ad unciam semissem & ad integram.

Spir. Salis Armoniaci.

℞. Sal. Armon.
Tartari ana part. æq.
Aq. Simpl. q. s.

Additur aqua, quantum ad salia solvenda sufficit, deinde ex cucurbitâ vitreâ in arenâ destilla, donec odor penetrans incipit esse debilis.

Acidum potentissimè temperat, aperit obstructiones. Valet in scorbuto, arthritide vaga, cordis palpitationibus, vomitu, nausea, nephritide, stranguria: in vini poculo ad decem vel duodecim guttas. Quando odor naribus suscipiatur, aut linteo in hoc Spiritu madido, & sub ægrorum naribus teneatur, ilico fugat Cephalalgiam, Odontalgiam, Epilepsiam, motus convulsivos, Apoplexiam, morbos soporiferos, Hystericas passiones, &c.

Aqua vitæ Matthioli.

℞. Cinam. unc. unam.
Zingiberis, unc. sem.

Santa-

Santalorum omnium, ana dr. sex.
Caryophyll.
Galang.
Nuc. Mosch. ana dr. duas & sem.
Macis.
Cubebe, ana dr. unam.
Cardamomi utriusque.
Sem. Melanthii, ana dr. tres.
Zedoariæ, unc. sem.
Sem. Anisi.
Fœniculi dulc.
Pastinac. Sylv.
Ocimi.
Rad. Angel.
Caryophyll.
Glycirhiz.
Calami odorati.
Fol. Sclarææ,
Thymi,
Menthæ,
Calaminthæ,
Pulegii,
Amaraci, ana dr. duas.
Flor. Rosar. rubr.
Salviæ,
Bugloss.
Betonici,
Rorismarini,
Stæchadis,
Boraginis, ana dr. unam & sem.
Cort. Citri.
Pulv. Diamb.
Aromat rosac.
Diamusci dulcis.

Diamargarit.
Diarrhodon Abb.
Elect. de Gemmis, ana dr. tres.

Contundantur & conſcindantur omnia, atque cucurbitæ vitreæ indantur, affunde Spiritus vini quam optimi libras duodecim, macerentur per quatuordecim dies, & in B. M. ſ. a. deſtilla; infunde in liquore deſtillato ſacculum, cui intus ſunt ſantali odorati drachmæ duæ, Moſchi & Ambræ gryſeæ ana grana decem, adde inſuper julapii roſacei libram unam, bene miſcentur agitando, & infundantur.

Deſcriptio hæc ex *Matthiolo* eſt deſumpta, quoniam aliæ deſcriptiones non ſunt fidendæ.

Reſiſtit putredini, & vitam conſervat longam: Roborat ſtomachum & cerebri ſyſtema: Acuit ingenium & viſum, atque memoriam reſtituit; refocillat vires, Exhilarat cor; ſanat cordis palpitationes ejuſque tremores, ut & Lipothymias, vertigines; pellit flatus, & paſſionem colicam: medetur mulierum morbis, & morientium vires elargitur. Sumitur cochleatim, mixtum aut impermixtum. In colicis doloribus ad unciam unam clyſteribus adjungitur.

Sal Volatile Oleoſum.

℞. Rad. Galang. min.
Acori,

Zedo-

Zedoariæ,
Angelicæ,
Oſtrutii, ana dr. unam.
Ligni Aloës,
Cinamomi,
Macis,
Caryophyllorum,
Cort. Arantiorum,
Citri, ana dr. duas.
Sem. Carei,
Coriandri,
Cardamomi, ana dr. duas & ſem.

Omnibus bene conſciſſis & contuſis adde nncias quadraginta ſpiritus vini, ſalis tartari & armoniaci ana uncias duas, deſtilla per organa vitrea in arena ad dimidiam partem.

Uſus eſt in Lipothymiis, ſtomacho à pituita debilitato, triſtitiâ, flatibus, ſcorbuto, Arthritide, palpitationibus cordis, nauſeâ, vomitu, vertigine, vermibus, nephritide &c. temperat acidum, & incidit viſcidum. Sumuntur in vini poculo, (inter prandendum aut cœnandum) tot Guttæ, donec vini color mutetur.

Elixir Proprietatis Paracelſi.

℞. Aloës Lucid.
Myrrhæ,
Croci, ana part. æq.
Sp. vini, ad eminentiam trium digitorum.

Digerantur in arena per aliquot dies; clarum dein decanta, adde tantum spiritus sulphuris per campanam, donec liquor subacidus evaserit.

Excitat famem; enecat vermes; pellit febres; consumit viscidos humores; alvum laxat. datur à decem ad viginti guttas cum aliquo liquore, idque matutino vel vespertino tempore.

DE ACETIS.

Acetum Calendulæ.
Lavendulæ.
Rosaceum.
Sambucinum.

Fiunt omnia eodem modo:

℞ Florum mediocriter siccatorum q. v.
Aceti Vini q. s.

Ad unam florum partem sumere licet quatuor optimi aceti partes; sed alii ad unam, octo aceti partes sumunt.

Insolentur æstivis caloribus in vase vitreo, vel fictili vitreato oris angusti per dies quadraginta, aut plures: deinde reponantur usui.

Ace-

Acetum calendulæ maximè peſtis tempore in uſu eſt. *Lavendulæ* & *Roſarum aceto* linea inebriantur, & capiti doloroſo applicantur: ſic placentæ roſaceæ iiſdem humectantur; vel ſupplantaliis admiſcentur. Sic Acetum Roſaceum lavamentis quoque additur: ut & Emplaſtro diapalmæ inter diſſolvendum adjungitur, ad inflammationes nempe diſſolvendas. Ad eundem ſcopum *acetum* præſcribitur *Sambucinum*, & præſertim in Eryſipelate cum linteis applicatur.

Acetum Scilliticum.

℞. Radicum Scillæ in taleolas ſectarum, filo trajectarum, & modice exſiccatarum, Libram unam.
Aceti Libras octo.

Inſolentur, colentur, reponantur ut ante.

Attenuat omnem in corpore pituitam: decem aut viginti guttæ in eum finem cerevifiæ admiſcentur & propinantur.

SECTIO III.

De Syrupis, Mellitis, & Rob.

Syrupus Aceti.

℞. Sacchari clarificati, & ad consistentiam tabellati cocti, Libras quatuor.

Illi affunde, & permisce in vase fictili.

Aceti Vini albi q. s. sive libras duas.

Ut sine coctione redigantur agitando in Syrupum.

Modus saccharum clarificandi hoc modo fit; additur saccharo tantum aquæ pluvialis, ut commodè liquefieri possit; deinde ad singulas sacchari libras accipe duo ova gallinacea, remotis vitellis, agita albumen cum cochlearibus tribus vel quatuor istius sacchari soluti & calentis usque dum optimè spumescat; adjice illam miscelam saccharo clarificando, bene movendo, deinde bene ebulliat: sic omnes fæces ab albumine coagulante separabuntur, quia invicem conjunguntur; mixtura per pannum laneum trajicitur, tunc omnes fæces supra pannum remanebunt, & quidquid transiverit, clarum erit. Is modus in omnibus syrupis tenetur, ex-

ceptis

ceptis purgantibus, neque in Syrupo violarum, limonum &c.

Quomodo Syrupi in Tabellarum consistentiam coquuntur, vide modum eo loci, ubi de tabellis agitur.

Syrupus aceti rarioris est usus, sed gargarismatibus solet admisceri, quando fauces sunt inflammatæ: attenuat quoque nonnihil linguam muco obsessam.

In Apozematibus & julepis a xx. ad xxx. uncias omnes syrupi adduntur ab una uncia ad quatuor In mixturis à semiuncia ad sesquiunciam, imo ad duas. In Linctubus ad uncias duas tantum, licet cum aliis mixti. Purgantes syrupi, à drachma una ad unciam unam, si opus sit, pro pueris, miscentur.

Syrupus succi Acetosæ.

℞. Sacchari clarificati, ad consistentiam tabellati cocti, Libras quatuor.

Illi affunde, & permisce in vase fictili.

Succi Acetosæ per subsidentiam depurati, & colati, q. s.

Ut sine coctione agitando s. a. redigantur in consistentiam Syrupi.

Incidit, aperit, temperat biliosas febres, ut & calores in peste, tollit oris & viscerum fervores.

Syrupus Agrestæ.

℞. Sacchari clarificati, & ad consisten-
tiam tabellati cocti, Libras quat.

Illi affunde, & permisce in vase fictili

Succi Agrestæ recentis, non saliti,
q. s. vel libras duas.

Ut sine coctione agitando s. a. redigantur in consistentiam syrupi.

Resistit omni fervori in corpore & temperat particulas effervescentes: ideoque valet in febribus ardentibus, biliosis, peste, ventriculo ardente, siti, cholera, vomitu & internis inflammationibus.

Eodem modo fiunt:

Syrupus Cydoneorum.
Granatorum acidorum.
Limonum.

Nota, quod omnes Syrupi acidi, volatiles, aut colorem habentes pulchrum, cum syrupo clarificato & ad consistentiam tabellarum cocto fieri debeant, alias & vires & colorem deponunt. Inter acidos numerantur *Syrupus aceti, acetosæ, agrestæ, berberorum, granatorum acidorum, Limonum, citri* &c. Inter volatiles recen-

recenſentur, *Syrupus cochleariæ*, *julapium roſaceum*, *Rubi idæi*, *fragorum*, &c. Inter coloratos habetur *Syrupus violarum ſimplex.*

Syrupus Cochleariæ.

℞. Sacchari clarificati, & ad conſiſtentiam tabellati cocti, Libras quatuor.
Aquæ ſtillatitiæ Cochleariæ q. ſ.
Ut ſine coctione agitando ſ. a. redigantur in Syrupum.

Uſus eſt in ſcorbuto, admiſceri poteſt apozematibus, conditis &c.

Julapium Roſaceum.

℞. Sacchari clarificati, ad conſiſtentiam tabellati cocti, Libras duas.
Illi affunde, & permiſce.
Aquæ Roſarum q. ſ.
Ut agitando ſine coctione redigantur in conſiſtentiam Syrupi dilutioris.

Additur cardiacis & julapiis, ſimul ut habeant bonum ſaporem.

Syrupus Violaceus ſimplex.

℞. Sacchari ad conſiſtentiam tabellati cocti Libras duas.

Illi

Illi affunde.

Infusionis florum Violarum recentium, à caliculis mundatorum, q. s.

Ut agitando sine coctione redigantur in consistentiam Syrupi

Modus quo infusio fit, hoc modo peragitur: recipiuntur itaque optimi, magis cærulei & maximi flores violarum, & foliola magis cærulea ablegantur; illa tunc minutim in mortario marmoreo contunduntur; deinde tantum aquæ calidæ affunditur, quantum ad extrahendam tincturam sufficere videtur. His peractis, per 24. horas calidè absque coctione servatur, idque in catino aut ollâ novâ vitreatâ, & ne quid incidat, contegitur, post hæc per linteum mundum fit expressio. Si tinctura non satis sit extracta, iterum contunditur, & aqua calida affunditur, postque 24. horas exprimitur. Ultimam tincturam minus coloratam prius saccharo affunde, & supra ignem lentum pistillo agita: saccharo soluto adjunge priorem tincturam magis saturatam, & habebis syrupum summoperè cæruleum.

Sequenti etiam modo præparari solet. Accipe folia florum violarum, ut supra, à caliculis mundata, minutim contunde, succum per linteum exprime, quod reliquum iterum contunde cum nonnihil aquæ violarum aut boraginis, macerentur per aliquot horas, iterum exprime, atque illud tertio repete, tunc habebis tres diversi

verſi coloris tincturas. Hiſce peractis accipe albiſſimum ſaccharum, quod in pyramides eſt redactum; quo enim ſaccharum albiſſimum, eo ſyrupum acquires magis cæruleum: illud contunde & per cribum trajice: huic ſaccharo pulveriſato ultimam tincturam affunde, & ponatur ſupra ignem lentum, ut materia tepefiat, ſaccharumque tepefiat: factâ ſolutione, adde ſecundam tincturam, ſemper cochleari ſtanneo agitando, poſtea ſyrupo ferè frigefacto ſuccum prius expreſſum admiſceas, quem cochleari exactè movebis, & pulcherrimè cæruleum obtinebis ſyrupum. Planè refrigeratum lagenis vitreis aut cantharis infunde & in cellâ vel alio quovis frigido loco repone, vel ſub terra reconde, quo enim locus frigidior, eo diutius manebit recens, & color non mutabitur, nam ſi in officinis ſervetur, purpureus evadit & ſapor mutatur.

Loco violarum quidam ſumunt violam tricolorem, quod non malum: ſed nonnulli Indico utuntur venenato vel ſucco braſſicæ rubræ, verum non eſt mea approbatione.

Nota; ſunt qui caliculos ſiccant, eoſque florum loco decoctis adjiciunt; vel ex hiſce oleum Violarum conficiunt, ſed illud eſt contra Medicorum ſcopum; foliola enim cærulea majoris ſunt volatilitatis & maturitatis, quam caliculi ſubvirides; neque oleum cæruleo vix imbuitur colore: præſtantius eſſet ad ſyrupum viola-

violarum compositum conficiendum, convenit enim foliis addere flores.

Quoad vires; dicitur syrupum hunc refrigerare, sed qui flores istos manducat, advertet satis levem quandam acrimoniam, quæ sane frigiditatis effectus non est. Sum in ea opinione flores hosce tenues quasdam habere particulas, ad sal armoniacum accedentes: ideoque non malum adversus siccitatem linguæ & aphthas; tenuitas enim illa est penetrans, viscidos humores dissolvens: convenit in febribus si julepis admisceatur. Putatur bilem temperare & domare.

Syrupus Absinthii compositus.

℞. Absinthii Romani siccati Uncias sex.
Rosarum rubrarum Uncias duas.
Spicæ Nardi Indicæ Drach. tres.

Contusa macerentur horis viginti quatuor in.

Vini albi veteris, ac odori,
Succi Cydoneorum depurati, ana Libris tribus.

Coquantur igne lento ad medias: deinde colentur. Colaturæ clarificatæ addatur.

Mellis despumati, & ad consistentiam cocti,
Sacchari albi, ana Libra una.

Coquantur denuo in Syrupi consistentiam.

Syrupus hic sanguinem roborat & per consequens ventriculum, hepar, aliaque visce-

viscera; acuit edendi appetitum; enecat vermes: pellit flatus & urinam; Valet etiam in ictero & obstructionibus. Admiscetur potionibus ad unciam unam & duas: vel uncia una datur sine additione.

Syrupus Althææ Fernelii.

℞. Radicum Althææ Uncias duas.
Cicerum rubrorum Unciam unam.
Rad. Asparagi.
Glycyrrhizæ rasæ.
Graminis.
Uvarum passarum ab arillis expurgatarum, ana Unciam semis.
Summitatum Althææ,
Herb. Adianti utriusque,
Malvæ,
Parietariæ,
Pimpinellæ,
Plantaginis, ana Manipulum unum.
Seminum quatuor frigidorum majorum.
minorum, contusorum, ana Drachmes tres.

Coquantur simul (omnibus conscissis & contusis) per horam unam aut alteram, vel ad tertiæ partis consumptionem; colatura fiat per linteum addendo. Sacchari albi libras quatuor, fiat clarificatio & colatio ut ante dictum, & coquatur

quatur in ſyrupum ſpiſſum : quod facile cognoſces, ſi nonnihil iſtius ſyrupi catino ſtanneo indes, tunc poſt frigefactionem, ſatis conſiſtentiam judicabis, inter coquendum ſpuma ſemper rejicienda.

Aperit Viſcerum obſtructiones ; pellit pus & ſabuloſam arenam è renibus ; mitigat renum dolores, & urinæ ardenti medetur.

Apoſematibus admiſcetur ab unciis duabus ad tres, alias ſimpliciter ad unciam unam.

Sacchari albi Libris quatuor,

Coquatur in Syrupum.

Syrupus Artemiſiæ Fernelii.

℞ Rad. Fœniculi,
Helenii,
Iridis,
Leviſtici,
Pæoniæ,
Rubiæ tinctorum, ana Unciam ſemis.

Contundantur & in hydromelitis ſ. q. coquantur, deinde adde.

Herb. Artemiſiæ Manipulos duos.
Betonicæ,
Calaminthæ,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Hyſſopi,
Hyperici,

Majo-

Majoranæ,
Matricariæ,
Melissæ,
Nepetæ,
Origani,
Prasii,
Pulegii,
Sabinæ, ana Manipul. unum.
Sem. Anisi,
Dauci,
Fœniculi,
Nigellæ,
Ocimi,
Petroselini,
Rutæ, ana Drachmas tres.

Contusa, & incisa macerentur horis viginti quatuor & leniter coquantur, per cribrum trajice decoctum, adde.

Sacchari albi libras quatuor, fiat clarificatio & despumatio ut ante, & coquatur in syrupi consistentiam. Inter coquendum adjiciuntur *cinamomi* uncia una, & *Spicæ Indicæ* drachmæ tres, quæ puppulæ includuntur. Cocto Syrupo, in vase asservatorio eandem puppulam suspende.

Dissolvit obstructiones, quæ ex viscidis, crassis & pituitosis humoribus constant. Incidit enim, deobstruit, & potenter dissolvit; Maximoperè medetur uteri morbis, menstrua pellit & flatus.

Dosis ut in priori syrupo.

Syrupus

Syrupus ſucci Betonicæ.

℞. Succi Betonicæ depurati Libr. tres.
Sacchari albi Libr. unam & ſemis.
Coquantur in Syrupi conſiſtentiam.

Succus hic depuratur vel per ſubſidentiam & filtrationem, vel cum ovi albumine clarificatur, ut ante dictum, inter coquendum ſpuma ſemper aufertur.

Uſus eſt in capitis & matricis morbis: leniter aperit, abſtergit, & menſes quodammodo movet.

Doſis ut ante.

Syrupus Boraginis.

Is ſyrupus eodem cum præcedenti modo fit. Quidam hunc non ex foliis, ſed ex floribus conficiunt.

Uſus eſt in Mania, Melancholia; & videtur exhilarare juxta proverbium.

Illa ego Borago, Gaudia ſemper ago.

Aperit, ſanguinem depurat, debilitates fugat: cordis tremori & palpitationi medetur; lipothymias depellit &c.

Doſis ut ante.

Syrupus cardui Benedicti.

Præparatur ut *Syrupus Betonicæ.*

Adver-

Adverſatur febribus peſtilentialibus, aliiſque continuis & intermittentibus: reſiſtit humorum corruptionibus: concitat ſudorem, enecat vermes, & in pleuritide lympham coagulatam diſſolvit.

Doſis ut ante.

Syrupus Cichorei Simplex.

Fit ut *Syrupus Betonicæ.* Alvum laxat; Hepatis, lienis, meſenterii &c. obſtructiones reſerat: bilem ſeparat: valet in omni febri, & renum ardorem mitigat.

Syrupus Scabioſæ.

Eodem modo ut Syrupus Betonicæ fieri debet, valet in morbis pulmonum, præſertim in aſthmaticis, pleuriticis, peripneumonia, Hæmoptoſi; pus expellit.

Doſis ut ante.

Syrupus Botryos.

℞ Herb. Botryos Manipulos tres.
Eryſimi,
Urticæ, ana Manipulos duos.
Caulium rubrorum,
Tuſſilaginis, ana Manipulum unum & ſemis.

Coquantur in ſ. q. aquæ : colaturæ adde Sacchari albi Libras duas & ſemis.

Clarificata coquantur in Syrupum.

Uſus eſt in morbis pectoris, ut in tuſſi, raucedine, Hæmoptyſi, Pyoptyſi.

Datur pro linctu, vel ad unciam unam vel duas potionibus pectoralibus admiſceatur.

Syrupus Byzantinus.

℞. Succ. Apii,
Intybi ſativi, ana Libr. duas.
Bugloſſæ.
Lupuli, ana Libram unam.

Coquenda purgentur dum clareſcant, & cum Sacchari Libris tribus.

Percoquantur in Syrupum.

Clarificatio fit ut ante cum ovi albumine.

Valet in omnibus obſtructionibus; expellit & attenuat humores viſcidos: uſus eſt in ictero flavo, obſtructionibus hepatis, lienis, in Hydrope; &c.

Solet ad unciam unam & alteram potionibus admiſceri

Syrupus Capillorum Veneris.

℞. Herbæ Capilli Veneris recentis, & parum inciſæ Uncias quinque.
Rad. Glycyrrhizæ raſæ Unc. duas.

Mace-

Macerentur viginti quatuor horis in ſ. q. aquæ calentis: deinde bulliant ſ. a. Colaturæ clarificatæ Libris quinque adde.

Sacchari Libras quatuor.

Coquantur in Syrupum.

Uſus eſt in morbis pectoris, deſtillationibus in aſperam arteriam tuſſim cauſantibus, tuſſi, pleuritide, deobſtruit omnia viſcera. Datur pro linctu ſimpliciter, vel cum aliis mixtus; admiſcetur potionibus pectoralibus ad unciam unam & alteram.

Syrupus Cichorei cum Rhabarbaro.

℞. Rad. Apii,
Aſparagi,
Fœniculi, recentium, ana Uncias duas.
Herb. Cichorei,
Endiviæ ſativæ,
Taraxici, ana Manip. duos.
Fumariæ,
Hepaticæ, *ſeu* Lichenis,
Lactucæ,
Lupulorum,
Sonchi lævis, ana Manipulum unum.
Capilli Veneris,
Hordei integri, ana Unciam unam & ſemis.
Fructuum Alkekengi,

Glycyrrhizæ rasæ, ana Drach. sex.

Coquantur in s. q. aquæ ad tertiæ partis consumptionem: deinde percolentur, addendoque

Sacchari albi Libras quatuor,

Clarificata coquantur in Syrupum.

Interea.

℞. Rhabarbari electi Uncias quatuor.

Spicæ Nardi Indicæ Drach. duas.

Infundantur in s. q. decocti præscripti: post levem ebullitionem colatura fortiter expressa misceatur Syrupo sub finem coctionis.

Nonnulli spicam in ipso syrupo post coctionem suspendunt, sed cui fructui, nescio.

Usus est in omnibus morbis biliosis, ut est fluxus alvinus, dysenteria, icterus flavus, obstructiones hepatis, lienis, Mesenterii &c. in cachexia, cacochymia: in omnibus ferè puerorum morbis præscribitur: ut & adversus vermes, vomitum, pituitam &c.

Aposematibus admiscetur ab uncia semisse ad duas: in conditis vero tantum quantum ad debitam substantiam requiritur. Primogenitis datur à drachmâ unâ ad duas, & paulo adultioribus, à drachmis duabus ad quatuor, cui ad acuendum interdum aliquot scammonii grana admiscentur.

Syru-

Syrupus Diacnicus.

℞. Rad. Angelicæ,
Apii,
Asparagi,
Fœniculi, recentium,
Glycyrrhizæ, ana Unc. unam.
Polypodii quercini Unciam unam & semis.
Cort. Tamarisci Unciam semis.
Herb. Adianti,
Buglossæ.
Chamædryos,
Chamæpityos,
Hyssopi,
Origani,
Scolopendrii,
Thymi, ana Manipul. Semis.
Cuscutæ,
Fruct. Alkekengi, ana Unc. semis.
Uvarum passarum ab arillis expurgatarum Uncias. duas.
Sem. Cnici contusorum Unc. quatuor & semis.
Anisi,
Ammios,
Dauci,
Fœniculi, ana Unciam unam.

Coquantur in s. q. aquæ ad tertiæ partis consumptionem: colaturæ adde

Sacchari albi clarificati Libr. duas.

Percoquantur in consistentiam Syrupi.

Interea

℞. Foliorum Senæ mundatorum Unc. quatuor.
Rhabarbari electi Unciam unam & semis.
Agarici trochiscati Unciam semis.
Zingiberis Drachmam unam.

Macerentur calidè per noctem in s. q. decocti præscripti. Sequenti die leviter ebulliant: colentur, & exprimantur, misceanturque Syrupo sub finem coctionis.

Radices minutim contusæ primo coquuntur; deinde adduntur herbæ inodoræ conscissæ; sed ultimo odoratæ; liquor ad tertiæ partis consumptionem coctus percolatur, deinde cum saccharo, ut ante, clarificatur, & in syrupum coquitur. Interim pars supra coctæ decoctionis sumitur, cui senæ, Rhabarbarum, Agaricus trochiscatus & zingiber per 24. horas calide infunduntur, tunc fit fortis expressio, & sub finem syrupi additur, & ad requisitam consistentiam coquitur.

Usus est in febribus quotidianis & quartanis inveteratis, in omnibus obstructionibus, viscidiitatibus, hydrope, aquositatibus; detergit omnia viscera à suis saburris,

Dosis, ut de syrupo de Rhabarbaro dictum.

Syru-

Syrupus Diacodion.

℞. Capita Papaveris albi ſine ſeminibus Viginti.
Siliquarum dulcium ſine granis, Uncias tres.
Rad. Althææ,
Glycyrrh. raſæ, ana Unc. duas.
Coquantur ſ. a. in ſ. q. aquæ. Colaturæ expreſſæ adde
Sacchari canti rubicundi Libram unam & ſemiſſem.
Coquantur ad conſiſtentiam Mellis, ſeu Syrupi ſpiſſioris.

Omnibus contuſis ac conſciſſis, fiat in ſ. q. aquæ communis decoctio, ſub finem addendo glycyrhizam (alias enim dulcedinem amittit) poſt colaturam additur ſaccharum, & factâ cum ovi albumine clarificatione, coquitur in ſyrupum ſpiſſum.

Uſus eſt in omni tuſſi & pulmonum morbis, præſertim ſi propter tuſſim dormire nequeant: infantibus utilis eſt, nam aliquomodo ſomnum procurat: & pectus expectorat.

Præſcribitur pro linctu ſimpliciter vel cum aliis mixtus; admiſcetur quoque pectoralibus apozematibus.

Infantibus datur ad drachmam unam aut alteram, idque ratione ætatis. vel cum bacillis ex glycyrhiza fit linctus. Potionibus additur ab uncia ſemiſſe ad duas.

Syrupus Fumariæ.

℞. Rad. Polypodii quercini Unc. duas.
Herb. Abſinthii Romani,
Cuſcutæ,
Endiviæ,
Scolopendrii,
Lupuli, ana Manipul. unum.
Epithymi Unc. unam & ſemis.

Coquantur in aquæ ſ. q. ad medias: colaturæ adde

Succ. Fumariæ Lib. unam & ſemis.
Borraginis,
Bugloſſæ, ana Libram ſemis.
Sacchari albi Libras quatuor,

Percoquantur in Syrupum.

Sanguinem depurat, & à nimiâ ſalſedine & acrimoniâ liberat: aperit viſcerum omnium obſtructiones: pellit icterum; alvum laxat, & cutis ſcabiem pellit.

Doſis eſt, ut de ſyrupo Diacnicu dictum.

Syrupus Glycyrrhizæ.

℞. Rad. Glycyrrhizæ raſæ Unc. duas.
Herb. Tuſſilaginis Manip. quatuor.
Capilli Veneris Unc. unam.
Hyſſopi Unciam ſemis.

Macerentur horis viginti quatuor in ſ. q. aquæ: deinde coquantur ad conſumptionem partis dimidiæ: colaturæ adde

Mellis

Mellis optimi despumati,
Sacchari albi, ana Libram unam.
Percoquantur in Syrupum.

Cavendum ne Hyssopi particulæ aromaticæ avolent.

Præscribitur in morbis pectoralibus, tussi, pleuritide, tussi, ut dicitur, sicca &c.

Datur pro linctu, & admiscetur potionibus.

Syrupus Hyssopi.

℞. Herb. Hyssopi siccatæ Unc. unam & semis.
Capilli Veneris Drach. sex.
Rad. Apii,
Fœniculi,
Petrofelini recentium,
Glycyrrhizæ rasæ, ana Drach. decem.
Jujubas,
Sebesten, ana Triginta.
Ficus Pingues,
Dactylos pingues, ana Decem.
Uvarum passarum ab arillis expurgatarum Unc. unam & semis.
Hordei mundati Unciam semis.
Sem. Cydoneorum,
Malvæ, ana Drachmas tres.
Coquantur in s. q. aquæ: colaturæ adde
Sacchari albissimi Libras tres.
Clarificata coquantur in Syrupum.

Primo coquatur hordeum cum Radicibus Apii, Petroselini & Fœniculi, paulo post Fructus adde, & sub finem Hyssopum: sed semina viscida separatim extrahe: omnibus bene coctis fiat colatio, cui adjunge saccharum; decoctioni clarificatæ admisce seminum claram extractionem, & coquatur in syrupum.

Usus & *Dosis* ut de syrupo Glycyrhizæ dictum.

Syrupus Jujubinus.

℞. Jujubás Sexaginta.
Hordei mundati.
Radicum Glycyrrhizæ rasæ.
Herb. Capilli Ven. ana Unc. unam.
Florum Violarum,
Sem. Malvæ, ana Drach. quinque.
Cydoneorum,
Lactucæ,
Melonum,
Papaver. albi, ana Drach. tres.

Coquantur in s. q. aquæ ad consumptionem medietatis: colaturæ adde

Sacchari clarificati Libras duas.

Post debitam coctionem, per noctem fiat maceratio, deinde ad dimidiam partem coquatur; colaturæ additur saccharum, clarificatur, & coquitur in syrupum.

Vires & *Dosis* ut supra.

Syrupus Menthæ.

℞. Succ. Menthæ Libram unam.
Cydoneorum,
Granatorum acidorum, depuratorum,
Infusionis Rosarum rubrarum, ana Libram semis.
Sacchari albi.
Mellis despumati, ana Libr. unam & semis.
Decoquantur s. a. in Syrupum, sub finem coctis condiendum
Pulveris Diarrhodôn Abbatis in nodulo ligati, Unciâ semis.
Reponatur in usum

Præscribitur pro Stomachis pituita obsessis, vomitu, nauseâ, singultu, diarrhæâ, &c.

Admiscetur potionibus, conservis &c. ab uncia semisse, ad duas.

Syrupus Myrtinus.

℞. Bacc. Myrti *Uncias* duas & semis.
Mespilorum immatur. Libr. semis.
Sem Oxyacanthæ, *seu* Berberi,
Sumach, *seu* Rhoïs obsonior.
Balaustiorum,
Rosarum rubrarum,
Santali albi,

rubri, ana unciam unam & semis.

Contusa coquantur in aquæ s. q. ad tertiæ partis consumptionem: expresso adde

Sacchari clarificati Libras quinque.

Clarificentur, colentur & percoquantur denuo ad spissiorem consistentiam, sub finem addendo

Succi Cydoneorum,

Granatorum acidorum, depuratorum, ana Libras duas.

Fiat s. a. Syrupus.

Præscribitur adversus Hæmoptysin, quosvis ventris fluores, hæmorrhagiam, menstrua & lochia nimium fluentia, diabetem, vomitum &c. astringit enim & viscera roborat.

Syrupus Papaveris.

℞. Capitum Papaveris albi maturorum & siccatorum, Uncias decem.

Coquantur in aquæ s. q. ad medias: colaturæ adde

Sacchari albi Libras duas & semis.

Percoquantur in Syrupum.

Capita minutim conscinduntur, & in s. q. aquæ communis ad dimidiam partem coquuntur: deinde per noctem macerentur, calidè per cribrum coletur, adjecto colaturæ saccharo, cum ovi albumine fit clarificatio; quod clarificatum, coquitur in syrupum.

Ad-

Adverſus catarrhos præſcribitur, morbos pectorales, tuſſim, raucedinem: mitigat dolores, & ſomnum quodammodo conciliat:

Doſis ut de ſyrupo Diacodii dictum:

Syrupus Papaveris erratici.

℞. Florum Papaveris erratici recentium Libras tres. (ſiccatorum vero libram unam)

Coquantur ſ. a. in ſ. q aquæ: colaturæ deinde fortiter expreſſæ adde

Sacchari albi clarificati Libras tres.

Percoquantur in Syrupum.

Fiat in aqua calida maceratio, donec omnis tinctura ſit extracta: exprime tincturam, cui ſaccharum adde, fiat ut ante clarificatio, & coquatur in ſyrupum.

Datur in febribus ardentibus, pleuritide, deſtillationibus verſus fiſtulam reſpiratoriam, ventriculi & inteſtinorum inflammationibus: etiam quodammodo ſomnum conciliat.

Datur pro linctu; julepis & apozematibus admiſcetur, ab uncia ſemiſſe ad duas.

Syrupus Portulacæ.

℞. Succ. Portulacæ Libram unam.
Bellidis,

Fragariæ,
Lactucæ,
Plantaginis,
Sempervivi medii,
Violariæ, depuratorum, ana Uncias duas.
Sem. Cydoneorum Drachmas duas.
Sacchari albi Libras duas.

Coquantur in Syrupum.

Ex cydoniorum ſemine fiat mucago cum aquâ pluviali. Succis adde ſaccharum, poſt clarificationem, fiat in ſyrupum coctio, addendo ſub finem mucilaginem prædictam.

Quodammodo ſitim compeſcit, ſi lingatur, ideoque præſcribitur in aphthis, & lingua arida.

Doſis ut ſupra.

Syrupus Quinque Radicum.

℞. Rad. Apii,
Aſparagi,
Fœniculi,
Petroſelini,
Ruſci, recentium, ana Uncias quatuor.

Coquantur in ſ. q. aquæ: colaturæ adde Sacchari albi Libras quatuor.

Clarificata percoquantur in Syrupum.

Aperit omnes obſtructiones viſcerum, & debitam ſanguini inducit digeſtionem.

Doſis

Dosis ab uncia semisse ad duas in conservis & apozematibus datur.

Syrupus Rosarum siccatarum.

℞ Rosarum rubrarum siccatarum Libram unam.

Macerentur calide horis viginti quatuor in aquæ tepidæ s. q. Colaturæ expressæ adde

Sacchari albi Libras duas.

Percoquatur in Syrupum.

Omnem fluxum sistit, vomitum quoque compescit, roborat viscera flaccida. Purificat interna & externa ulcera.

Usus ut supra

Syrupus Rosarum solutivus.

℞. Infusionis Rosarum pallidarum novies iteratæ Libras quinque.

Sacchari clarificati Libras quatuor.

Coquantur in Syrupum.

Vel recipe rosarum recentium libras tres, iis affunde justam aquæ calidæ quantitatem, fiat per noctem infusio, deinde calidè colatio: & coque cum saccharo in syrupum. Vel duabus succi libris addun - tur tres sacchari libræ.

Detergit, aperit, emollit, acidum & pituitam expellit, atque alvum solvit.

Syrupus

Syrupus Rosarum solutivus cum Sena.

℞. Fol. Senæ mundatorum Unc. octo.
Sem. Anisi,
Fœniculi dulcis, ana Unciam semis.

Macerentur per biduum in Infusionis Rosarum pallidarum multiplicis s. q. Colaturæ expressæ adde
Sacchari albi Libras duas.
Coquantur in Syrupum.

Propter senarum folia fortius operatur quam præcedens, sed benignam movet sedem, ab uncia semisse ad duas: aliquando acuitur cum scammonio, & aposematibus admiscetur.

Syrupus Stœchadis.

℞. Flor. Stœchadis Uncias quatuor.
Herb. Beronicæ,
Calaminthæ,
Origani,
Thymi, ana Unciam unam & semis.
Salviæ,
Flor. Rorismarini, ana Unc. semis.
Sem. Fœniculi,
Pæoniæ,
Rutæ, ana Drachmas tres.

Coquan-

Coquantur in aquæ ſ. q. ad medias: colaturæ adde

Sacchari albi,

Mellis optimi, ana Libras duas.

Clarificata coquantur in Syrupum.

Omnibus bene conſciſſis & contuſis, fiat per 24 horas maceratio, deinde fiat coctio & cum ſaccharo & melle fiat ſyrupus.

Valet in morbis cephalicis, pellit viſcerum pituitam; roborat ſtomachum; pellit ſpaſmum, cephalalgiam, motus epilepticos &c.

Doſis ab uncia ſemiſſe ad duas.

Syrupus Symphyti Fernelii.

℞. Radicum, & Cymarum Symphiti majoris,

Herb. Bellidis cum toto, ana partes tres.

Betonicæ,

Pimpinellæ,

Plantaginis,

Polygoni,

Scabioſæ,

Tuſſilaginis,

Florum Roſarum rubrarum, ana partes duas.

Ex omnibus virentibus tuſis exprimatur Succus, coquatur, deſpumetur. Ejus Libris tribus adde

Sacchari albi Libras duas & ſemis.

Per-

Percoquantur in Syrupum.

Omnibus minutim contuſis, fiat ſuccorum expreſſio, inter coquendum inſtituatur deſpumatio, adde ſaccharum, & coque in ſyrupum.

In pulmonum morbis, Hæmoptyſi & puoptyſi præſcribitur, uti etiam in phthiſi & internis ulcerationibus.

Doſis ut in præcedenti ſyrupo.

Syrupus Violarum compoſitus.

℞. Foliorum Violarum virentium Manipulos quinque.
Sem. Cydoneorum.
Malvæ, ana Drach. ſeptem.
Jujubas,
Sebeſten, ana Viginti.

Coquantur ſ. a. in Aquæ Hordei ſ. q. Colaturæ adde

Sacchari albi Libr. unam & ſemis.

Percoquantur in Syrum.

Præſcribitur in pleuritide, tuſſi, aphthis, & lingua ſicca, humectat enim, & refrigerat. Non nihil adverſus raucedinem, urinam ardentem, renumque mala etiam præſcribitur.

Doſis ut ſupra.

Mel

Mel Mercurialis.

℞. Succi Mercurialis depurati Libras tres.
Mellis optimi despumati Libras quatuor.
Coquantur lento igne in Syrupi consistentiam.

Additur enematibus, laxat, detergit, & viam intestinalem aperit. Matricem purgat, & ad generationem tramitem sternit.

Dosis ab uncia dimidia ad duas clysteribus admiscetur.

Mel Rorismarini.

℞. Summitatum Rorismarini cum floribus, in umbrâ siccatarum, Libram unam.
Macerentur parum in s. q. aquæ: deinde cum
Mellis optimi despumati Libris tribus,
Coquantur lento igne, & calentia adhuc linteo percolentur.

In clysteribus præscribitur adversus colicam passionem, & matricis dolores: medetur quoque paralysi post colicam venienti, flatus & intestinorum viscidita-tes pellit.

Dosis ut supra.

Eo-

Eodem modo fiunt:

Mel Centaurii.
Rosarum.

Mellis centaurii præparatio & dosis est ut supra.

Valet in intestinorum &c. ulceribus: visum acuit: vermes enecat: matricem detergit: colicam passionem sistit: alvum lubricat: pituitosos humores ejicit.

Mel rosarum astringens hoc modo fieri solet: Recipe rosarum rubrarum necdum completarum libras duas, vel siccatarum libram unum; fiat in aqua maceratio, donec omnis tinctura sit extracta; cola per cribrum, colaturæ adde mellis despumati & albi sesquilibram, & fiat in syrupum coctio.

In clysteribus solvit alvinum fluxum, & intestinorum ulcera detergit, ut & ulcera externa. Adversus faucium inflammationes gargarismatibus admiscetur: gingivas detergit: stomachum imbecillem & intestina roborat.

Dosis ut ante.

Mel Rosarum solutivum.

℞. Infusionis Rosarum pallidarum multiplicis Libras tres.

Mel-

Mellis despumati Libras quatuor.
Coquantur in Syrupi consistentiam.

Vires habet ut syrupus rosarum soluvus, sed tantum clysteribus admisceur.

Oxymel simplex.

℞. Mellis optimi despumati q. v.
Solvatur super cineres calidos in vase fiili: soluto admisce
Aceti Vini albi q. s.
Ut agitando sine coctione redigas in consientiam Syrupi.

Humores viscidos incidit & attenuat: eobstruit, atque sanguinis incalescentias irigat: sed locum tantum habet in corporibus, in quibus acidum non abundat.
Dosis ab uncia dimidia ad duas.

Oxymel Scilliticum.

℞. Mellis optimi despumati q. v.
Solvatur ut dictum: soluto admisce
Aceti Scillitici q. s.
Ut sine coctione agitando recipiant consiatiam Syrupi.

Valet in omnibus morbis viscidis & :uitosis.
Dosis ut supra.

Dia-

Diamoron Nicolai.

℞. Succi Mororum immaturorum Celsi,
Rubi,
ana Libram unam.
Mellis optimi despumati Libram unam & semis,
Coquantur s. a. in Syrupum spissiorem.

Usus est in omnibus faucium ac oris inflammationibus: astringit, refrigerat os, atque linguam siccam humectat; datur per se in linctibus, aut admiscetur gargarismatibus, ab uncia dimidia ad duas.

Rob Acaciæ vulgaris, seu Prunellorum sylvestrium.

℞. Fruct. Prunellorum sylvestrium immaturorum q. s.
Coquantur ad mollitiem: trajiciatur pulpa per cribrum: trajectæ Libræ uni adde
Sacchari puri Libras duas.
Coquantur in consistentiam Rob.

Usus est in ventris fluxibus, & datur per os, & in clysteribus, sistit menstrua & lochia. Emplastris admiscetur ad stomachum & intestina roboranda: juvat intestini recti, & uteri vaginæ prolapsum.

Rob Berberorum.
Ribesiorum.

℞. Succi Berberorum, *vel*
Ribesiorum expressi Libras duas.
Sacchari albi Libram unam.

Coquantur in consistentiam Rob.

Alii sumunt ribesia una cum saccharo & simul ad debitam consistentiam coquunt, deinde per linteum exprimunt.

Temperant ambo sanguinis incalescentias; refrigerant os siccum: sitim sistunt, præsertim in febribus ardentibus.

SECTIO IV.

De Conditis, & Conſervis.

Condita.

Radices	*Flores*
Acori vulgaris.	Arantiorum.
Cichorei.	Citriorum.
Enulæ campanæ.	*Fructus.*
Eryngii.	Berberi.
Satyrii.	Ceraſa
Scorzoneræ.	Ceraſa amarena.
Zingiberis.	Myrobalani.
Cortices	Nuces Juglandes.
Arantiorum.	Moſchatæ.
Citriorum.	Ribeſii.
Caules	Caro, & Myva Cydoneorum.
Lactucæ.	

Radices mundatæ ac decorticatæ ad debitam molli'iem coquuntur, ut & cortices aurantiorum & citriorum: Nuces item juglandes, quæ adhuc juniores eſſe debent, ita ut aciculâ facile perterebrari poſſint: poſt coctionem colatorio pertuſo imponuntur, ut nimia humiditas avolet: poſt refrigerationem ſyrupus clarificatus affunditur: qui per diem unum aut alterum reponitur, donec tenuis ſit factus, tunc

tunc à materia condienda effunditur, & in debitam consistentiam iterum coquitur: factâ refrigeratione & repositione, denuo affunditur & recoquitur: idque tam diu iteratur, donec syrupus debitam consistentiam conservat.

N. B. quando nuces fuerint decorticatæ & coctæ, caryophyllo uno aut altero, & cum cinamomo transfiguntur.

Cerasa cujuscunque generis hoc modo condiuntur: petioli dimidia pars primo abscinditur, tunc pro sacchari albissimi libris quinque, (primo in tabellarum consistentiam cocti) cerasorum libras octo sume, & simul leniter coquuntur, usque dum saccharum debitam consistentiam acquisiverit. Eodem modo condiuntur *fructus berberorum*, *ribesia*, *flores*, &c.

Caro sive *Miva cydoneorum*, alias *Marmelada*, hac Methodo fit.

Recipe mala cydonea decorticata, à volvis & interioribus purgata, conscindantur in quatuor partes, & molliter in aqua coquantur, deinde per cribrum trajiciuntur, vel adde malorum coctorum sex libris, sacchari quatuor libras; & pistillo ligneo agitando comminuantur, & in debitam consistentiam coquuntur; Deinde per linteum rarum materia trajicitur; ast si primo per cribrum sint trajecta, facilius in capsulis effunduntur.

Paſſulæ Purgantes.

℞. Fol. Senæ mundatorum Unc. octo.
Sem. Fœniculi dulcis Unc. unam.

Macerentur per noct. loco tepido in ſ. q. Infuſionis Roſarum pallidarum multiplicis. Mane leviter ebulliant. Colaturæ expreſſæ Libræ uni & ſemis adde

Sacchari albi clarificati Libram unam & ſemis.
Paſſularum Corinthiacarum mundatarum à ſordibus Lib. unam.

Coquantur in Syrupum ſpiſſum.

Alvum aſtrictam laxat: & delicatuli ab illarum uſu non faſtidiunt.

Doſis ab uncia ſemiſſe ad duas: propter nimiam dulcedinem addunt ſuccum limonum, aurantiorum, aut ſpiritum ſulphuris.

Conſervæ.

Florum	*Florum*
Betonicæ.	Roriſmarini.
Borraginis.	Salviæ.
Calendulæ.	Symphyti.
Caryophylleorum.	Violarum
Cichorei.	*Herbarum*
Euphragiæ.	Abſinthii Romani.
Malvæ.	vulgaris.
Nymphææ.	Acetoſæ.
Pæoniæ.	Meliſſæ.
Roſarum pallidarum.	Menthæ.
rubrarum.	Trifolii acetoſi.

Siccio-

Icciorum singulis Libris addantur Sacchari Libræ tres. Humidiorum vero singulis Libris Sacchari Libræ duæ.

Flores & Herbæ primo à suis costis & petiolis mundantur, & adhuc recentes comminutim contunduntur, deinde sensim additur saccharum, & simul in conservam rediguntur, denique in ollis conservantur.

In bolis sumitur à drachma una & altera; in conservis vero ad uncias duas.

Saccharum perlatum.

℞. Sacchari albissimi Libram unam.
Aquæ Rosarum pallidarum q. s.

Coquantur in consistentiam tabellarum, sub finem coctionis immiscendo

Margarit. præp. & trit. Unc. semis.

Projice super marmor, & forma Tabellas.

Nota bene: quando Syrupus incipit inspissari & fila agere, hoc est, quando spatula immittitur, & extrahendo iterum, filum ab ea dependeat, tunc supra inversum mortarium guttula stilletur, si syrupus tunc consistentiam acquirat duram & facile fragilem, tunc justa tibi est consistentia: cavendum ne consistentia fiat nimis dura, tunc enim saccharum adureretur, & color fieret fuscus.

Cum habeas debitam consistentiam, admisce margaritarum præparatarum & in pollinem redactarum, unciam semissem:

deinde ſyrupus effunditur ſupra marmoreum lapidem in tabellas. Notandum quod ſupra lapidem nonnihil ſacchari inſpergatur, ne marmori adhæreat.

Uſus eſt in cardiacis, ideoque à drachma una ad quatuor aquis cordialibus admiſceri ſolet.

Saccharum Althææ.

℞. Pulpæ Rad. Althææ Unc. tres.
Sacchari albiſſimi tenuiſſimè triti, Libram unam.
Aquæ Roſaceæ q. ſ.

F. ſ. a. Tabellæ.

Aquæ roſaceæ tantum additur pulpæ coctæ & per cribrum trajectæ, quantum ſufficit ad maſſam ſeu paſtam faciendam, inde tunc formentur tabellæ, quæ ſupra Hypocauſtum vel in alio loco calido ſiccantur: etiam maſſa evolvitur cylindro, donec tenuis ſit facta, & cultello ſcinduntur rhombi.

Præſcribuntur in tuſſi calida, ideoque facile manducantur.

SECTIO V.

De Electuariis Solutivis.

Benedictum laxativum.

℞ Rad. Turbith gummosarum,
Esulæ præparat. ana Drachmas decem.
Hermodactylorum,
Scammonii præparati,
Florum Rosarum rubrarum, ana Drachmas quinque.
Rad. Acori,
Galangæ,
Spicæ Nardi Indicæ,
Zingiberis,
Croci,
Macis,
Caryophyllorum,
Piperis longi,
Sem. Apii,
Asparagi,
Cardamomi minoris,
Carei,
Fœniculi,
Milii Solis,
Rusci,
Saxifragiæ,

 Salis

Salis gemmæ, ana Drachm. unam.
Mellis optimi despumati triplum.

F. s. a. Electuarium.

Omnibus bene contusis & cribratis admiscetur crocus & scammonium, quæ seorsim pulverisantur, deinde cum melle commiscentur omnia.

Raro per os datur, sed vulgo in clysteribus præscribitur, per os si datur, valet adversus frigidos & viscidos humores, arthritim vagam & fixam, renum dolores, colicam passionem, flatus, nephritim, vesicæ mala, &c. in clysteribus datur in colica, flatibus, nephritide, vesicæ malis, partu difficili, passionibus Hystericis, &c.

Per superiora datur à drachma una ad tres; in clysteribus vero ad uncias duas.

Confectio Hamech.

℞. Foliorum Senæ mundatorum,
Rad. Polypodii quercini,
Rhabarbari electi,
Agarici albi, &
Pulpæ Colocynthidis, in nodulo ligatorum,
Florum Violarum,
Herb. Epithymi, ana Uncias duas.
Absinthii vulgaris,
Thymi, ana Unciam unam.
Sem. Anisi,

Fœni-

Fœniculi,
Roſarum rubrarum, ana Unc. ſemis.
Infunde, & decoque ſ. a. in ſ. q. Seri lactis: colaturæ expreſſæ adde
Succi Fumariæ depurati,
Sacchari, ana Lib. unam & ſemis.
Decoctis ad mellis conſiſtentiam, & percolatis adde
Pulpæ Caſiæ,
Prunorum,
Tamarindorum,
Mannæ Calabrinæ, ana Unc. unam & ſemis.
In debitam conſiſtentiam redactis inſperge
Foliorum Senæ mundatorum,
Rhabarbari electi, ana Unc. unam.
Scammonii præparati Unc. unam & ſemis.
Sem. Fumariæ,
Aniſi,
Spicæ Nardi Indicæ, ana Drachmas duas.
F. ſ. a. Electuarium.

Manna prius eſt in aqua calida ſolvenda, atque colanda, deinde cum pulpis per cribrum trajectis evaporatur uſque ad debitam conſiſtentiam, ſemper piſtillo ligneo agita, donec de materia parum ſumatur, & frigefacta à ſpatula vel cultro non decidat: pulpis ſemi-frigefactis adduntur pulveres.

Nota quod ſcammonium per ſe pulveriſari debeat, deinde cum ſupra dictis pulveribus admiſceri: alias coagularetur.

Omnes humores pellit, biliosos, salsos, acidos per anum. Usus quoque in melancholicis dictis, ut & in scabiosis, in pruritu, lepra, cancro, Herpete, quartanis &c. à drachma semisse ad duas, imo in robustis ad unciam semissem.

Diacarthamum.

℞. Medullæ Seminum Carthami.
Turbith gummosi, ana Unc. unam.
Hermodactylorum,
Scammonii præparati,
Glycyrrhizæ rasæ, ana *Unc.* semis.
Zingiberis,
Cinamomi, ana Drachmas duas.
Mannæ electæ,
Mellis Rosacei, ana *Unciam* unam.
Sacchari albi Succo Cydoneorum soluti Libram unam.

F. s. a. Electuarium.

Semen carthami crassè pulverisatur, & per cribrum rarum trajicitur, tunc medullam accipies.

Omnibus s. a. in pulverem redactis, additur scammonium per se tritum, commiscetur solutioni mannæ, melli rosarum, & saccharo soluto in justam consistentiam cocto.

Bilem dicitur pellere, ut & viscidos humores: usus est in podagra, paralysi, cephalalgia &c. bene purgat, à drachmis tribus ad quatuor.

Diaca-

Diacatholicon.

℞. Rad. Polypodii querni Unc. quat.
Seminis Fœniculi Drachmas ſex.
Coquantur ſ. a. ex ſ. q. aquæ: colat. adde
Sacchari albi Libras duas.
Percoquantur in Syrupum: in quo diſſolve
Pulpæ Caſiæ,
Tamarindorum. ana Unc. duas.
Diſſolutis adde
Fol. Senæ mundatorum Unc. duas.
Rhabarbari electi,
Mechoacanæ non carioſæ, ana Unciam unam.
Sem. Aniſi Unciam ſemis.
Quatuor frigidorum majorum mundatorum,
Radicum Glycyrrhizæ raſæ,
Florum Violarum, ana Drach. duas.
F. ſ. a. Electuarium.

Notandum, quod pulpæ primo igne agitentur, (ut in confectione Hamech dictum) deinde pulveres adduntur. Porro ſemina quatuor frigida prius craſſè ſunt contundenda, & per cribrum trajicienda, ut eorum pulpa trajiciatur.

Leniter purgat, convenit bilioſis, pituitoſis, & in obſtructionibus: brevi omnes humores educit.

Doſis à drachma una ad quatuor.

Diaphœnicon.

℞. Pulpæ Dactylorum mundatorum, in aceto maceratorum, & cribro trajectorum, probè evaporatæ Libram unam.
Amygdalarum dulcium excorticatarum Uncias tres.
Contusis, & permixtis adde
Mellis despumati Libras duas.
Paululum coquantur: deinde insperge pulveres sequentes:
Turbith tenuissimè triti Unc. quat.
Scammonii præparati Unc. unam & semis.
Zingiberis,
Galangæ,
Ligni Aloës,
Cinamomi,
Macis,
Fol. Rutæ siccatorum,
Piperis,
Sem. Fœniculi,
Dauci, ana Drachmas duas.
F. s. a. Electuarium.

Amygdala dulcia cum aqua rosarum in pultem sunt contundenda, deinde per cribrum rarum trajicienda, atque materia trajecta cum pulpa supradicta miscenda, deinde evaporantur cum melle in consistentiam debitam supradictam, omnibus refrigeratis adduntur pulveres, ut supra.

Pitui-

Pituitosos humores educit ut & biliosos, roborat stomachum, ejusque inflationes educit.

Dosis à drachma una ad quatuor: sed in clysteribus ad uncias duas.

Diaprunûm solutivum.

℞. Pulp. Prunorum acido-dulcium inspissatæ Libram unam.
Tamarindorum,
Casiæ, in Decocto Prunorum dissolutarum, ana *Unc.* duas.
Sacchari clarificati Libras duas.

Agitata simul coquantur ad spissitudinem: deinde insperge pulveres sequentes:

Scammonii præparati *Unc.* duas.
Rhabarbari *Unciam* unam.
Cinamomi *Unciam* semis.
Flor. Violarum,
Rosarum rubrarum,
Sem. Cucumeris,
Portulacæ,
Succi Glycyrrhizæ, ana Drach. duas.
Santali Citrini,
Tragacanthi, ana Drachm. unam.

F. s. a. Electuarium.

Omnibus tenuissimè pulverisatis, commisce pulverem scammonii, quibus adde pulpas frigefactas &, ut supra, evaporatas.

Purgat bilem, à drachma una ad quatuor; ast in clysteribus ad uncias duas.

Hiera Diacolocynthidos.

℞. Pulpæ Colocynthidis,
Agarici,
Chamædryos,
Marrubii,
Stœchadis Arabicæ, ana Drach. decem.
Opopanacis,
Sagapeni,
Aristolochiæ rotundæ,
Seminis Petroselini,
Piperis albi, ana Drachm. quinque.
Cinamomi,
Spicæ Nardi Indicæ,
Polii,
Croci,
Myrrhæ, ana Drachmas quatuor.
Mellis despumati Libras tres.

F. s. a. Electuarium.

Omnibus bene in pulverem tenuem redactis, adde mel despumatum & ad debitam crassitiem coctum.

*S*i gummi ob mollitiem pulverisari nequeant, dissolvantur cum aceto, & ad mellis consistentiam coquantur & cæteris commisceantur, cum materia fere refriguerit.

Omnes educit humores, vermes enecat, & obstructiones aperit: in clysteribus vermes educit, & fætum mortuum expellit.

Dosis ut antea.

Hiera

Hiera picra Galeni.

℞. Aloes Socotorinæ lucidæ Libram unam & unciam ſemis, *ſeu* Drachmas centum.
Cinamomi,
Ligni Aloës,
Rad. Aſari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Croci,
Maſtiches, ana Drachmas ſex.
Mellis deſpumati triplum.
F. ſ a. Electuarium.

Pulvis cum melle in juſtam conſiſtentiam coꝺo.

Quidam alöen pulveriſatam melli primo incoquunt, quod malum non eſt.

Convenit in omnibus morbis ſtomachicis; enecat vermes, laxat alvum, menſtrua purgat &c.

Doſis ut ſupra.

Lenitivum.

℞. *Uvarum* paſſarum ab arillis mundatarum *Uncias* duas.
Herb. Mercurialis Manipul. tres.
Capilli Veneris recentis,
Florum Violarum,
Hordei mundati, ana Manip. unum.
Radicum Glycyrrhizæ raſæ,

Seminis Fœniculi, ana Unc. ſemis.
Jujubas,
Sebeſten, ana Viginti.
Prunorum,
Tamarindorum, ana Unciam unam.
Rad. Polypodii querni recentium.
Fol. Senæ mundator. ana Unc. duas.

Macerentur per noctem & Coquantur ſ. a. ex aquæ ſ. q. Colaturæ adde

Pulpæ Caſiæ,
Tamarindorum,
Prunorum, ana Unc. quatuor.

Pulpis ad juſtam craſſitiem evaporatis, adde ſyrupum cum melle, quibus ſequentem pulverem admiſce.

Sacchari albi Libram unam.
Mellis optimi Libram ſemis.
Foliorum Senæ mundatorum Uncias tres & ſemis.
Seminis Aniſi Drachmas tres.

F. ſ. a. Electuarium.

Uſus & Doſis ut in Diacatholico.

Succi Roſarum.

℞. Succi Roſarum pallidarum recentium depurati,
Sacchari albi, ana Libram unam & ſemis.

Coquantur ſ. a. ſub finem inſpergendo

Scammonii præparati Unc. unam & ſemis.
Santalorum omnium,

Cina-

Cinamomi, exactè tritorum, ana Drachmas duas.

F. ſ. a. *Electuarium.*

Vires & Doſis ſunt ut in Diacarthamo & Diapruno.

SECTIO VI.

De Antidotis, & Opiatis.

Theriaca Andromachi Senioris.

℞. Trochiſcor. Scilliticorum Unc. ſex.
Viperinorum,
Magmatis Hedychroi,
Opii præparati,
Piperis longi, ana Uncias tres.
Radicum Iridis Florentinæ,
Agarici albi, & levis,
Cinamomi,
Scordii Cretici, *aut* noſtratis,
Roſarum rubrarum,
Seminis Buniadis, *ſeu* Napi,
Olei Nucis moſchatæ per expreſſionem, *pro* Opobalſamo,
Succi Glycyrrhizæ, ana Unciam unam & ſemis.
Rad. Coſti odorati,

Pen-

Pentaphylli,
Rhapontici, *ejus defectu* Rhabarbari.
Spicæ Nardi Indicæ,
Zingiberis,
Casiæ ligneæ,
Fol. Dictamni Creticæ,
Calaminthæ montanæ,
Marrubii,
Schœnanthi,
Stœchadis Arabicæ,
Croci Britannici,
Piperis albi,
nigri,
Sem. Petroselini Macedonici veri,
Myrrhæ,
Thuris masculi,
Terebinthinæ Cypriæ, ana Drachmas sex.
Rad. Acori, *seu* Calami aromati nostratis,
Gentianæ,
Meü Athamantici,
Phu, *seu* Valerianæ,
Spicæ Celticæ,
Fol. Chamædryos,
Chamæpityos,
Lauri, *pro* Malabathro,
Polii montani albi,
Bacc. Juniperi recentiorum, *pro* Carpobalsamo,
Sem. Amnios,
Anisi,
Cardamomi minoris,

Fœ-

Fœniculi,
Hyperici,
Seſeleos Maſſilienſis,
Thlaſpios.
Garyophylli Plinii, *pro* Amomo,
Boli Armen. veræ, *pro* Terra Lemnia;
Chalcitidis toſtæ donec cineritia fiat,
Gummi Arabici vermiculati,
Sagapeni,
Styracis Calamitæ ſinceræ,
Succi Hypociſtidis,
Acaciæ veræ, ana Unc. ſemis.
Radicis Ariſtolochiæ tenuis.
Florum Centaurii minoris,
Seminis Dauci Cretici,
Opopanacis,
Galbani,
Caſtorei.
Bituminis Judaici, ana Drach. duas.
Vini generoſi Canarini q. ſ. liquandis gummi, & ſuccis.
Mellis Narbonenſis triplum.

F. ſ. a. Opiatum.

Melli bene deſpumato, in debitam conſiſtentiam coſto & adhuc calido admiſcetur *oleum nucis Moſchatæ*, tunc ſtatim butyri inſtar liqueſcet; adde deinde ſubtiliſſime pulveriſatum *Chalcitim*; tertio, ſumitur *opium*, *ſuccus Glycyrhizæ*, *Hypocyſtidis* & *Acaciæ*, quæ omnia in *vino Canarino* ſolvuntur, & ad debitam conſiſtentiam inſpiſſantur & calenti adhuc melli immiſcentur cum piſtillo.

Quarto in eodem vino ſolve *Opoponacem*,

cem, *Galbanum*, *Sagapenum*, & *Myrrham*, cola, ab omni immunditie purga, & ad confiſtentiam debitam coque, adde eædem mixturæ *Terebinthinam cypriam*; hiſce commixtis cochleatim adde nonnihil mellis, ut ſimul ſenſim commiſceantur: tandem reliquo melli additur, quando nempe adhuc repet, alias gummata non commiſcerentur & ab invicem ſecederent. Hiſce ſ. a. commixtis & bene agitatis, pulveres ſenſim & cochleatim adduntur, & Hæc conſtituunt *Theriacam*.

Pellit ſudores, præſertim in morbis frigidis: dolores admodum ſiſtit, atque flatus expellit. Uſus præcipuus eſt contra morbos peſtilentiales, & aërem venenatum: calefacit viſcera: ſiſtit tam per os quam per podicem ventris dolores. Externe diſcutit.

Datur à ſcrupulo ſemiſſe ad quatuor. in recens natis datur tantum cum granis.

Quia à Drogiſtis major mellis quantitas additur, vel ex corruptis ingredientibus componitur, nunc non tam frequenter præſcribi ſolet: vires enim non conſiſtunt in operoſis compoſitionibus, nam eædem vires in perpaucis habentur.

Mithridatium Damocratis.

℞. Croci Britannici,
Myrrhæ,

Thu-

Thuris maſculi,
Zingiberis,
Agarici albi, & levis,
Spicæ Nardi Indicæ,
Cinamomi.
Sem. Thlaſpios, ana Drach. decem.
Seſeleos Maſſilienſis,
Coſtici odorati,
Foliorum Lauri, *pro* Malabathro,
Schœnanthi,
Stœchadis Arabicæ,
Piperis longi,
Caſtorei,
Styracis Calamitæ ſinceræ,
Galbani,
Opopanacis,
Succi Hypociſtidis,
Terebinthinæ Cypriæ,
Olei è Nuce moſchata expreſſi, *pro* Opobalſamo, ana Drach. octo.
Caſiæ ligneæ,
Polii montani albi,
Scordii Cretici, *aut* noſtratis,
Piperis albi,
Bacc. Juniperi, *pro* Carpobalſamo,
Seminis Dauci Cretici,
Bdellii,
Trochiſcorum Cypheos, ana Drachmas ſeptem.
Rad. Gentianæ,
Spicæ Celticæ,
Dictamni Creticæ,
Sem. Petroſelini Macedonici veri,
Cardamomi minoris,

Fœ-

Fœniculi,
Rosarum rubrarum,
Gummi Arabici vermiculati,
Opii præparati, ana Drach. quinque.
Rad. Acori veri,
Asari,
Phu, *seu* Valerianæ,
Seminis Anisi,
Sagapeni, ana Drachmas tres.
Meu Athamantici,
Seminis Hyperici,
Acaciæ veræ,
Ventris Scinci, ana Drachmas duas & semis.
Vini generosi Canarini q. s. liquandis gummi, & succis.
Mellis Narbonensis triplum.

F. s. a. Opiatum.

Componendi modus, vires & dosis, eadem est ac de Theriaca dictum, præter quod magis fœminis præscribitur, quam viris.

Diascordium Fracastorii.

℞. Foliorum Scordii siccatorum,
Rosarum rubrarum, ana Unc. unam.
Boli Armeniæ veræ, Uncias duas.
Rad. Bistortæ,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Casiæ ligneæ,
Cinamomi,

Dictam-

Dictamni Creticæ,
Sem. Acetosæ,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Gummi Arabici vermiculati, ana Unciam semis.
Opii præparati,
Zingiberis,
Piperis longi, ana Drachmas duas.
Mellis despumati Libras tres.
Vini generosi Canarini q. s.
. *f. a. Opiatum.*

Galbanum & *Styrax* in vino canarino olvitur, colatur & in debitam consistentiam coquitur: eodem quoque modo opim solvitur Melli adhuc calenti, admisceur opium, & repenti adhuc adduntur ummi, quibus prius nonnihil mellis fuit dmixtum, & melius fieret commixtio, e gummi secederent: denique cæteri pulceres adjunguntur.

Hæc compositio sanguinem non ita inalescere facit, ac Theriaca & Mithridatim, & minus adulteratur: imo & in iisem occasionibus usui venit.

Dosis quoque eadem est, sed recens atis cum granis præscribitur.

Theriaca Diatessaron Mesuei.

℞. Rad. Aristolochiæ rotundæ,
Gentianæ,
Baccarum Lauri,

Myr-

Myrrhæ, ana Uncias duas.
Mellis despumati Libras duas.

F. s. a. Electuarium.

Myrrha separatim pulverisatur, & cæteris pulveribus & melli deinde admiscetur.

Valet in stomacho infrigidato, atque visciditatibus obsesso: fugat febres, pellit flatus, & menstrua, partumque facilitat.

Dosis à drachma semisse ad scrupulos quatuor.

Confectio Alkermes.

℞. Syrupi granorum Kermes Montepessulo, aut Lugduno delati, Libras duas & semis.

Calefacto adde

Ambræ grisææ minutim incisæ Drachmas duas.

Liquefactâ Ambrâ, insperge sequentia pulverisata:

Ligni Aloes,
Cinamomi, ana Drachmas sex.
Lapidis Lazuli præparati,
Margaritarum præparatarum, ana Drachmas duas.
Foliorum Auri Drachmam unam.

F. s. a. Electuarium.

Auri folia raro commiscentur pulveri, sed grosso modo confectioni admisceri solent, fortasse magis pompæ gratia, quam propter vires. Præ-

Præſcribitur ad cor roborandum, & ut ſpiritus cum ſanguine reficiantur; ſed confectio illa nimis debilis, præſertim ſi Ambra gryſea non ingrediatur: ſed (meo judicio) melius eſſet aliquot guttas olei cinamomi & caryophyllorum inſtillare, tunc magis roboraret: vel ut olea ſali alicui volatili miſceantur, & vires ſpiritu quovis aromatico extrahantur.

Doſis datur ad drachmam in aquis quibuſvis cordialibus.

Confectio Hyacinthorum.

℞. Hyacinthorum,
Coralli rubri, ana Unciam ſemis,
Boli Armeniæ veræ Unciam unam.
Granorum Kermes,
Rad. Tormentillæ,
Dictamni albæ,
Sem. Acetoſæ,
Limonum,
Portulacæ,
Flor. Roſarum rubrarum,
Croci,
Santalorum omnium,
Raſuræ Eboris, ana Scrup. quatuor
Cornu Cervi Drachmas tres.
Sapphiri,
Smaragdi,
Topáſii,
Margaritarum,
Serici crudi,

Auri,

Auri,
Argenti, foliaceorum, ana Scrupulos duos.
Syrupi Limonum q. s.
F. s. a. Electuarium.

Gemmæ separatim triturantur, & cæteris pulveribus admiscentur, & tantum syrupi limonum admiscetur, ut habeat Electuarii justam consistentiam. Deinde auri & argenti folia grosso modo permiscentur.

Dicitur etiam corroborare: sistit vomitum, roborat stomachum; compescit omnem fluxum alvinum, præsertim in morbis ex nimio acido ortis.

Commiscetur aquis convenientibus, vel datur pro bolo ad drachmam.

Philonium Mesuæ.

℞. Seminis Hyoscyami albi,
Piperis albi, ana Drachm. viginti.
Opii præparati Drachmas decem.
Croci Drachmas quinque.
Rad. Pyrethri,
Spicæ Nardi Indicæ,
Castorei, ana Drachmam unam.
Mellis despumati triplum.
F. s. a. Opiatum.

Mel ad debitam consistentiam coquitur, deinde commiscetur opium in aceto dissolutum, colatum & ad mellis crassitiem coctum; denique pulvis melli commiscetur.

Usus

Uſus eſt in colico dolore, flatibus; uteri dolores compeſcit, ut & cephalalgiam &c. imo multi valoris eſt in omni morbo frigido.

Infantibus ad grana præſcribitur, adultioribus à ſcrupulis tribus ad quatuor.

Requies Nicolai.

℞. Flor Roſarum rubrarum,
Violarum, ana Drachm. tres.
Sem. Hyoſcyami albi,
Lactucæ,
Papaveris albi,
Portulacæ.
Pſyllii,
Scariolæ,
Corticum Radicum Mandragoræ,
Opii præparati,
Zingiberis,
Nucis moſchatæ,
Cinamomi, ana Drachm. unam & ſemis.
Santalorum omnium,
Spodii ex ebore uſto,
Tragacanthi, ana Scrupulos duos.
Mellis deſpumati triplum.

F. ſ. a. Opiatum.

Melli ad debitam conſiſtentiam cocto admiſcetur opium, ut ſupra dictum, in aceto ſolutum &c. deinde pulveres tenuiſſimè triti.

Infantibus præſcribitur qui dormire nequeunt, ad granum unum & alterum, adultioribus ad grana decem. In ætate provectis vero ad ſcrupulos tres vel quatuor.

SECTIO VII.

De Pulveribus.

PULVERES PURGANTES.

Diaſenæ Montagnanæ.

℞. Fol. Senæ mundatorum Unc. duas.
Cremoris Tartari *Unciam* ſemis.
Sem. Fœniculi dulcis Drach. duas.
Macis,
Cinamomi,
Salis gemmæ, ana Drachm. unam.
F. Pulvis.

Pellit omnes acidos ac bilioſos humores, & modicè ventrem laxat, ad ſcrupulos tres vel quatuor, in convenienti vehiculo.

Nota, quod cremor tartari, & ſal gemmæ ſeparatim debeant triturari, & cæteri pulveri admiſceri.

Dia-

Diaturbith cum Rhabarbaro.

℞. Turbith. gummosi,
Hermodactylorum non exesorum,
Rhabarbari electi, ana Unc. unam.
Scammonii præparati, Unc. semis.
Santali albi,
rubri,
Zingiberis,
Florum Violarum, ana Drachmam unam & semis.
Mastiches,
Seminis Anisi,
Cinamomi,
Croci Britannici, ana Drach. semis.

F. Pulvis.

Scammonium, mastix & crocus singuli separatim conterendi, deinde cæteri pulveri admiscendi.

Purgat humores acidos & aquosos: sistit fluxus alvinos, præsertim in infantibus, si syrupo cichorei cum rheo admisceatur.

Dosis à scrupulis tribus ad quatuor, mixtus aut impermixtus.

Hieræ simplicis Galeni.

℞. Aloes Socotorinæ lucidæ Drachmas centum.
Cinamomi.
Ligni Aloës,

Rad. Afari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Croci,
Mastiches, ana Drachm. sex.

F. Pulvis.

Aloë, Mastix, & crocus, singuli separatim triturantur & reliquo pulveri admiscentur.

Vires eædem ut de Electuario de Hiera picra dictum.

Dosis ad drachmam unam.

PULVERES AROMATICI.

Aromaticus Rosaceus Gabrielis.

℞. Rosar. rubrar. Drach. quindecim.
Glycyrrhizæ rasæ, Drach. septem.
Cinamomi electi Drach. quinque.
Ligni Aloës,
Santali citrini, ana Drach. tres.
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Macis,
Caryophyllorum, ana Drachmas duas & semis.
Spicæ Nardi Indicæ,
Nucis Moschatæ,
Cardamomi minoris,
Galangæ, ana Drachmam unam.

F. Pulvis.

Roborat stomachum imbecillem: cæliacam passionem curat: Nauseam ac vomitum

mitum ſiſtit, & flatus pellit.

Doſis ad drachmam unam.

Diacalaminthes.

℞. Herb. Calaminthæ montanæ,
Origani,
Pulegii,
Sem. Petroſelini Macedonici,
vulgaris,
Seſeleos, ana Drachm. duas.
Apii,
Cymarum Thymi, ana Unc. ſemis.
Piperis nigri,
Sem. Liguſtici, ana Unciam unam.
F. *Pulvis.*

Pellit humores viſcidos, ut & flatus & ſingultum. Dyſuriam curat, ac menſtrua procurat.

Doſis ad drachmam unam.

Diagalangæ Meſuæ.

℞ Radicum Galangæ,
Ligni Aloës, ana Drachmas ſex.
Rad. Calami aromatici,
Zingiberis,
Cinamomi,
Macis,
Caryophyllorum,
Piperis albi,
longi,
Sem. Cumini,

 Levi-

Levistici.
Cort. Arantiorum exteriorum,
Citriorum exterior. ficcator.
ana Drach. unam & femis.
Herb. Calaminthæ,
Menthæ, ficcatarum,
Spicæ Indicæ,
Sem. Anisi,
Apii,
Cardamomi minoris,
Carei,
Fœniculi, ana Drach. unam.
F. Pulvis.

Reborat ftomachum infrigidatum & viscidis humoribus & flatibus scatentem: omnes aciditates temperat, ut & fætidas eructationes.

Dosis à tribus scrupulis ad quatuor & quinque.

Diaireos simplex.

℞. Rad. Iridis Florentinæ Unc. femis.
Sacchari canti albi,
Pulveris Diatragacanthi frigidi, ana Drachmas duas.
F. Pulvis.

Usus in catarrhis pectoris, ex coryza ortis, raucedine, tussi &c. Maturat pulmonum pituitosos humores, ita ut facile expectorentur.

Dosis à drachma una ad scrupulos quatuor vel quinque.

Dia-

Dialacca Major.

℞. Laccæ præparatæ,
Rhabarbari,
Schœnanthi, ana Drachmas tres.
Rad. Ariſtolochiæ rotundæ,
Aſari,
Coſti,
Gentianæ,
Rubiæ tinctorum,
Spicæ Nardi Indicæ,
Caſiæ ligneæ,
Cinamomi,
Croci,
Herb. Sabinæ,
Hyſſopi,
Succi Abſinthii condenſati,
Eupatorii aquat. condenſati,
Amygdalarum amararum,
Sem. Ammios,
Aniſi,
Apii,
Fœniculi,
Bdellii,
Maſtiches,
Myrrhæ, ana Drach. unam & ſemis.
Piperis,
Zingiberis, ana Drachmam unam.
F. *Pulvis.*

Deobſtruit obſtructiones omnes, ut & ſcirrhos: excitat menſtrua, & ſanguinem corrigit: conducit præſertim in hepa-

hepatis & lienis morbis, atque ſtomachum roborat.

Doſis à ſcrupulis tribus ad quatuor & quinque.

Diamargariton frigidus.

℞. Margarit. ſplendidar. Drach. tres.
Ligni Aloës,
Santalorum omnium,
Cinamomi,
Sem. quatuor frigidorum minor.
Papaveris albi,
Baccarum Myrti.
Flor. Buglоſſæ,
Nimphææ,
Roſarum rubrarum,
Violarum,
Cornu Cervi crudi, *pro* Oſſe cordis Cervi,
Raſuræ Eboris, ana Drachm. unam.
Coralli albi,
rubri, ana Drachm. ſemis.

F. Pulvis.

Roborat vires in omnibus morbis calidis: valet in lipothymiis, phthiſi, tuſſi & pulmonum morbis.

Doſis ut ſupra.

Diambræ Meſuei.

℞. Rad. Doronici Romani,
Galangæ,

Cina-

Cinamomi,
Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ,
Macis,
Foliorum Lauri, *pro* Malabathro;
ana Drachmas tres.
Zingiberis Drach. unam & ſemis.
Ligni Aloës,
Santali citrini,
Cardamomi minoris,
Piperis longi, ana Drachmas duas.
Spicæ Nardi Indicæ,
Ambræ griſeæ, ana Drachm. unam.
Pulvis.

Reficit ſpiritus, & corporibus languidis ovas vires elargitur: Curat epilepticos, ertiginoſos, & flatuoſum viſciditatibuſue ſcatentem ventriculum.

Doſis ut ſupra.

Dianthos Nicolai.

℞. Flor. Roriſmarini Unciam unam.
Roſarum rubrarum,
Violarum,
Rad. Glycyrrh. raſæ, ana Drach. ſex.
Galangæ,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Ligni Aloës,
Cinamomi,
Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ.

Macis,
Spicæ Indicæ,
Sem. Anethi,
Anisi.
Cardamomi minoris, ana Scrupulos quatuor.

F. Pulvis.

Exhilarat tristes; roborat spiritus & cerebri systema; pellit lipothymias & debilitates.

Dosis ut supra.

Diarrhodon Abbatis.

℞. Rosar. rubrar. Unc. unam & semis.
Santali albi,
rubri, ana Drachmas duas & semis.
Xyloaloës,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Spodii ex ebore, ana Scrup. duos.
Rad. Asari,
Rhabarbari,
Spicæ Indicæ,
Cinamomi,
Croci,
Caryophyllorum,
Fructuum Berberorum,
Sem. Acetosæ,
Anisi,
Cardamomi minoris,
Endiviæ,

Fœniculi,
Lactucæ,
Ocimi,
Portulacæ,
Scariolæ.
Succi Glycyrrhizæ,
Mastiches, ana Scrupulum unum.
Cornu Cervi crudi.
Margaritarum albarum, ana Scrupulum semis.

F. Pulvis.

Vires & Dosis, ut de *specie aromatica rosacea dictum.*

Diatragacanthi frigidus.

℞. Gummi Tragac. albi Unc. semis.
Arabici vermiculati Drachmas duas & semis.
Amyli Drachmam unam.
Radicum Glycyrrhizæ rasæ,
Sem. Citrulli,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Melonum mundatorum, ana Drachmam semis.
Sacchari canti albi Drachmas sex.

F. Pulvis.

Exiguam quantitatem præscripsimus; quia compositio ob semina frigida majora intra tertium mensem rancida fit, & ingrata. quæ causa est, quod in cæteris quoque compositionibus ea omiserimus.

Semper ferè rancida in officinis inveniuntur, ideoque ægris inutilia & noxia.

In omnibus pectoris & pulmonum morbis convenit, præsertim si magnus adsit ardor, valet in tussi, pleuritide, Phthisi, raucedine, siti intolerabili, &c.

Dosis ad drachmam unam.

Diatrionsantalon Nicolai.

℞ Trium Santalorum,
Rosarum rubrarum,
Sacchari canti albi,
Sem. Lactucæ.
Portulacæ,
Scariolæ, ana Drachm. tres.
Rhabarbari,
Spodii ex ebore,
Succi Glycyrrhisæ, ana Drachmas duas & semis.
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Amyli, ana Drach. unam & semis.
F. Pulvis.

Vires & *Dosin* vide in *Diarrhodon Abbatis.*

Pulvis Liberans.

℞ Boli Armeniæ veræ Drachm. sex.
Rad. Tormentillæ Drachm. duas.
Sem. Acetosæ,
Cardui benedicti,
Citri,

Corian-

Coriandri præparati,
Endiviæ,
Rutæ, ana Drachmam unam & ſemis.
Santalorum omnium,
Rad. Dictamni albæ, ana Drach. unam.
Caryophyllatæ, *pro* Behen,
Doronici Romani,
Zedoariæ,
Ligni Aloës,
Caſiæ ligneæ,
Cinamomi,
Cardomomi minoris,
Flor. Buglóſſæ,
Croci,
Macis,
Nimphææ,
Roſarum,
Margaritarum,
Coralli albi,
rubri,
Succini,
Hyacinthi,
Granati,
Raſuræ Eboris,
Cornu Cervi,
Spodii ex ebore uſto,
Folliculorum Serici crudi conciſorum, ana Drachmam ſemis.

F. Pulvis.

Uſus eſt in omni morbo contagioſo; ſudorem excitat, & à peſte liberat.

Doſis ad drachmam unam.

Pulvis Nephriticus.

℞. Ligni Nephritici veri,
Radicum Glycyrrhizæ rasæ,
Nucl. Persicorum, ana *Unc.* unam.
Sem. Milii *Solis*,
Saxifragiæ, ana Unc. semis.
Apii,
Carei,
Dauci,
Fœniculi,
Genistæ,
Lappæ majoris,
Levistici,
Petroselini Macedonici,
Sileris montani,
Urticæ Romanæ,
Rad. Asari,
Zingiberis, ana Drach. duas.
Spicæ Indicæ,
Ligni Sassafras.
Schœnanthi,
Succini,
Oculorum Cancri, ana drachmam unam & semis
Lapidis Prunellæ,
Tartari vitriolati, ana Drachmas duas & semis.

F. Pulvis.

Expellit omnem pituitam & arenulas ex renibus & vesica.

Dosis est drachma unica.

PUL-

Cremor Tartari.

℞. Tartari Rhenani albi pulverati, & aliquoties abluti q. v.

Coquatur lento igne cum s. q. aquæ in vase fictili vitreato, usque dum cuticula in superficie appareat, quæ rudiculâ ligneâ colligenda, exsiccanda super chartam bibulam, lævigenda, & in nimbo vitreo asservanda.

Expellit omnes salsos, biliosos atque viscidos humores: aperit omnes obstructiones, & alvum laxat.

Dosis ad drachmam unam vel duas.

Crystalli Tartari.

℞. Tartari Rhenani albi pulverati, & aliquoties abluti q. v.

Bulliat cum multa aqua, coletur s. a. exponatur frigori per noctem, aut diutius, & crystalli lateribus vasorum accrescent, quos effusâ aquâ collige, exsicca, & in vitris asserva.

Dosis & *vires* ut supra.

Tartarum Vitriolatum.

℞. Olei Tartari per deliquium facti, & purificati q. v.

In-

Instilletur illi paulatim in vitreo nimbo amplo

Olei Vitrioli pars dimidia:

Præcipitabitur statim in coagulum albissimum, quod supernatante liquore à lento igne in vapores resoluto, ad siccitatem salis reducatur.

Ob eximias, quas habet, vires, pro *panacea* à quibusdam habetur, & adversus nephritim & calculum sæpe præscribitur: temperat humores pituitosos & scorbuticos: reserat omnes obstructiones: expellit febres, icterum flavum, soporosos affectus, Hydropem: excitat famem, & menstrua.

Dosis à granis sex ad scrupulum semissem, cum vehiculo.

Flores Sulphuris.

℞. Sulphur. flavi à sordib. purgati q. v.

Indatur vasi terreo, & in arena sublimetur in aliud vas superpositum, & allutatum.

Florum usus est in morbis pectoris & pulmonum: sanat omnem scabiem Conducit vulneribus, tam internè quam externè. Arthritim vagam & fixam fugare facit: aliquantulum sudores movet.

Dosis à scrupulo semisse ad Drachmam integram.

Lapis Prunellæ.

℞ Salis Nitri puri q. v.

Incandescat, & liquefiat in crucibulo; liquefacto injice per intervalla portiunculam Florum Sulphuris, quoad Nitrum à sordibus depurgatum, & lympidum appareat. Tum effundatur in aliud vas, ut congeletur in lapidem crystallinum, quem in aqua bulliente dissolves, dissolutum per manicam, aut chartam bibulam linteo suffultam filtrabis, & in loco frigido congelabis: congelatum in crucibulo liquefacies, & cum Floribus Sulphuris depurabis ut ante: hasque operationes ter ad minimum repetes.

Alii tubulo tabacario materiam adhuc liquidam hauriunt, & supra lapidem effundunt, tunc habebis tallulas nitrosas.

Vocatur à nonnullis *nitrum fixum, nitrum tabulatum, purificatum, crystallum minerale* &c.

Usus est in febribus, præsertim ardentibus, sitim sistit, & siccum os humectat; aperit viscera; incidit pituitosos & viscidos humores, acidosque temperat; vermes enecat, & urinæ ardorem in gonorrhæa mitigat.

Dosis à granis sex ad drachmam unam, in vehiculo convenienti.

Magi-

Magisterium Corallorum.
Margaritarum.
Oculorum Cancri.

℞. Corallorum, *aut*
Margaritarum, *aut*
Oculorum Cancrorum fluviatilium, subtilissimè tritorum, Unc. unam.

Affunde in phiala ampla
Aceti destillati q. s.

Mox sponte effervescent: ubi efferbuerint, liquor limpidus supernatans per chartam bibulam coletur, & in patella porcellana dicta, evaporetur, bacillo ligneo subinde movendo, donec pulvis albus & solubilis fiat, qui rursus abluatur aqua Boraginis, filtretur, coletur, & evaporetur.

Nonnulli solutioni instillant liquorem salis tartari, idque post filtrationem; tunc statim pulvis albissimus subsidebit, qui edulcoratur, & exiccatur.

Omnia magisteria lapidum in genere acidos humores temperant, & sanguinis incalescentias compescunt: ast *corallorum* aliquantulum fluxus alvi & uteri, ut & hæmorrhagiam, dicuntur sistere. *Margaritarum* Magisteria putant cor roborare; & *oculorum cancri* vero urinam pellere, & sanguinem coagulatum dissolvere.

Mer-

Mercurius Præcipitatus.

℞. Argenti vivi partem unam.
Aquæ Fortis partes duas.

Solvantur super cineres tepentes in phiala vitrea donec mortificentur: deinde evaporentur valido igne ad ſiccitatem uſque.

Exime deinde materiam, pulveriſa in mortario lapideo vel vitreo, & in patella vitreata & fortiori igne ulterius evapora, continuo agitando, donec rubeſcat: exime materiam, & ſepara rubrum ab albo; album enim ſervatur ad Mercurium ſublimatum faciendum.

Detergit vulnera & ulcera, atque ſuperfluam carnem depaſcit. Intus vehementem vomitum concitat: movet ſalivationem in lue venerea; ſanat ſcabiem, lepram: enecat capitis pediculos.

Sal Abſinthi.
Cardui benedicti.
Fabarum.

Herbæ ſiccatæ exuruntur in cineres albos, ex quibus per aquam calentem ſal lido extrahitur, & fit lixivium, quod filtrandum, & lento carbonum igne exſiccandum in ſalem, qui, ut purior reddatur, iterum ſolvendus, filtrandus, & coagulandus eſt.

Omnia ſalia ex cineribus prolecta, pau-
cas

cas tantum vires conſervant earum plantarum, ex quibus fiebant omnia; maximâ ex parte ſudorem proliciunt: humores acidos temperant, ideoque in febribus conducunt.

Doſis à granis ſex ad ſcrupulum unum in pulvere, vel vehiculo convenienti.

SECTIO VIII.

De Trochiſcis.

Agaricus Trochiſcatus.

℞. Agarici albi, & levis Uncias tres.

Cum ſ. q. Vini Canarini, cui Zingiberis Drachmæ duæ ſint infuſæ, cogantur ſ. a. in Trochiſcos.

Purgant omnes humores viſcidos & pituitoſos.

Doſis drachma una.

Trochiſci albi Rhazis, ſeu Sief album.

℞. Ceruſſæ aqua roſacea lotæ Drachmas decem.

Amyli

Amyli Drachmas quatuor.
Gummi Arabici,
Tragacanthi, ana Drach. duas.
Caphuræ Drachmam ſemis.
Cum Albumine ovi F. Trochiſci.

Qui cum opio volet, addat ejus Drach-am unam.

Præſcribuntur in oculorum inflamma-onibus & doloribus, temperant enim res humores qui ad oculos fluunt, ad rachmam unam plus minus collyriis ad-iſcentur. Externè cicatrizare faciunt.

Trochiſci Alhandal.

℞. Pulpæ Colocynthidis albæ & levis à ſeminibus purgatæ, minutim conciſæ, & cum ſ. q. Olei Roſacei pulveratæ, Unc. decem.
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Bdellii, ana Drachmas ſex.

Pulveratis omnibus extrahatur ex Gummi ragacanthi portione per ſ. q. Aquæ Roſa-eæ ea mucilaginis quantitas, qua reliqui ulveres commode in paſtam redigi poſſint, x qua deinde formentur Trochiſci in umbra ccandi.

Purgant omnes pituitoſos humores.
Doſis à granis decem ad viginti.

Tro-

Trochisci Alkekengi.

℞. Fructuum Alkekengi Drach. tres.
Boli Armeniæ veræ Unciam unam.
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Sanguinis Draconis in lacrymis,
Thuris,
Amyli,
Succi Glycyrrhizæ,
Amygdalarum amararum,
Nucleorum Pini,
Sem. Papaveris albi, ana Drach. sex.
Citrulli,
Cucurbitæ,
Melonum, ana Drachmas tres & semis.
Apii,
Hyoscyami,
Succini,
Opii præparati, ana Drach. duas.
Cum Succo Alkekengi F. Trochisci.

Usus in ardenti urinâ, renibus, ureteribus & vesicæ ulceribus obsessis: omnia ulcera interna detergunt; dysuriam sanant & stranguriam.

Drachma unica datur pro *dosi.*

Trochisci Bechici albi.

℞. Sacchari albissimi Libram unam.
Canti albi,

Peni-

Penidiati, ana Unc. quatuor.
Radicum Iridis Uncias duas.
Amyli Unciam unam & semis.

Cum Mucilaginis Tragacanthi albi Aqua osacea extractæ s.q. F. Trochisci parvi.

Usus est in omni pulmonum morbo, aucedine, & ad pituitam facile ex pulmonibus expellendam: sedant tussim, quando nonnunquam Trochiscus manducetur.

Trochisci Capparum.

℞ Corticum Radicum Capparum,
Gummi Ammoniaci,
Sem. Agni casti, ana Drachm. sex.
Nasturtii,
Nigellæ,
Fol. Calaminthæ,
Rutæ,
Rad. Acori,
Aristolochiæ rotundæ,
Amygdalarum amararum,
Succi Eupatorii aquatici condensati, ana Drachmas duas.
Radicum Cyperi rotundi,
Fol. Scolopendrii, ana Drach. unam.

F. Trochisci cum Gummi Ammoniaco prædicto in Aceto dissoluto.

Præscribuntur in omnibus Hepatis, lienis, & Mesenterii obstructionibus: attenuant omnes viscidos & acidos humores, ideoque lienosis conducunt.

Tro-

Trochiſci Cypheos pro Mithridatio.

℞. Pulpæ Uvarum paſſarum albarum, & Pinguium,
Terebinthinæ Cypriæ, ana Unc. tres.
Myrrhæ,
Schœnanthi ana Unc. unam & ſemis.
Cinamomi Unciam ſemis.
Rad. Acori veri Drachmas novem,
Cyperi rotundi,
Spicæ Nardi Indicæ,
Caſiæ ligneæ,
Baccarum Juniperi,
Bdelli, ana Drachmas tres.
Ligni Aſpalathi, *aut* Aloës, Drachm. duas & ſemis.
Croci Drachmam unam.
Mellis optimi deſpumati,
Vini Canarini, ana q. ſ.

Ad formandos Trochiſcos.

Terebinthina melli admiſcetur, (ut in Theriaca dictum) & ulterius pulvis cum vino canarino exceptus formatur in Trochiſcos.

Ingrediuntur Mithridatio. Porro viſcerum ulcera ſanant.

Tro-

Trochiſci Hedychroi Galeni ad Theriacam.

℞. Ligni Aſpalathi, *aut* Santali citrini.
Herbarum Majoranæ,
Mari Syriaci,
Rad. Aſari, ana Drachmas duas.
Acori,
Coſti odorati,
Phu Pontici,
Ligni Aloes,
Cinamomi,
Schœnanthi,
Olei Nucis moſchatæ, ana Drach. tres.
Caſiæ ligneæ,
Spicæ Nardi Indicæ,
Foliorum Lauri,
Croci,
Myrrhæ, ana Drachmas ſex.
Caryophyllorum Plinii *Unc.* unam & ſemis.
Maſtiches Drachmam unam.
Vini Canarini q. ſ.
F. Trochiſci in umbra ſiccandi, & Oleo dicto inungendi.

Trochiſci Myrrhæ.

℞. Myrrhæ electæ Drachmas tres.
Lupinorum mundatorum Drachm. quinque
Radicis Rubiæ tinctorum,

Fol. Menthastri,
Pulegii cervini,
Rutæ,
Seminis Cumini,
Asæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis, ana Drachmas duas.
Cum Succo Artemisiæ F. Trochisci.

Gummi in succo artemisiæ solvenda, & cum reliquis Trochisci formandi sunt.

Prolectant menstrua; omnes visciditates attenuant; partum accelerant: fœtus mortuos expellunt, ut & secundinas & lochia tarda.

Dosis à scrupulo uno ad tres.

Trochisci Rhabarbari.

℞. Rhabarbari electi Drachm. decem.
Succi Eupatorii aquatici condensati Unciam semis.
Flor. Rosarum rubrarum Drach. tres.
Rad. Asari,
Rubiæ tinctorum,
Spicæ Nardi Indicæ,
Fol. Absinthii,
Sem. Anisi,
Apii, ana Drachmam unam.
Amygdalarum amararum, Unc. semis.
Cum Succo Absinthii Romani F. Trochisci.

Sanant icterum, hydropem, Hepatis & lienis morbos, omnesque obstructiones.

Dosis est drachma una.

Tro-

Trochiſci Scillitici ad Theriacam.

℞. Scillam recentem candidiſſimam, corticoſa parte, & radice lignoſa privatam.

Involve Farinâ tritici ſubactâ, & fermentatâ; deinde ſub cineribus, aut in clibano aſſentur, donec maſſa cruſtam duriuſculam undique contraxerit, ac feſtuca lignea Scillæ corpus per rimas cruſtæ promptè penetret. Tum cruſta triticea ſeparata.

℞. Medullæ Scillæ diligenter lævigatæ Libram unam.

Far. Orobi, *vel* Lupinor. Unc. octo.

Mixta, ſimulque trita redige in paſtillos in umbra ſiccandos.

Pro Theriaca formantur, incidunt omnes viſcidos humores.

Trochiſci Terræ ſigillatæ.

℞. Terræ ſigillatæ, *ejus locô* Boli Armeniæ veræ, Unciam ſemis.

Acaciæ veræ,
Hypociſtidis,
Sanguinis Draconis in lacrymis,
Gummi Arabici aſſati,
Amyli aſſati,
Lapidis Hæmatitidis,
Coralli rubri,
Succini,
Spodii ex ebore,

Balauſtiorum,
Roſarum rubrarum.
Antheræ, *ſeu* Seminis Roſarum,
Seminum Portulacæ aſſatorum,
Nucum Cupreſſi,
Cornu Cervi uſti,
Thuris maſculi,
Croci,
Opii præparati, ana Drachm. duas.
Seminum Papaveris nigri,
Margaritarum,
Gummi Tragacanthi, ana Drachm. unam & ſemis.

Cum Succo Plantaginis F. Trochiſci.

Omnes fluxus ſanguinis ſiſtunt, ut & dyſenteriam cruentam.

Trochiſci Viperini ad Theriacam.

Ex Italia, Venetiis, aut Patavio, ex Gallia, Pictavio peti debent.

SE-

SECTIO IX.

De Pilulis.

Pilulæ Aloëphanginæ.

℞. Rad. Acori,
Asari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Ligni Aloes,
Santali citrini,
Cinamomi,
Macis,
Nucis moschatæ,
Caryophyllorum,
Carpobalsami, *aut* Baccarum Juniperi,
Cubebarum,
Cardamomi minoris,
Schœnanthi, ana Unciam semis.
Rosarum rubrarum,
Absinthii, ana drachmas duas.

Ex hisce extrahatur per Spiritum Vini Tinctura in vase bene clauso: in qua dissolvatur

Aloes lucidæ purissimæ Libra una.

Deinde super cineres calidos leniter siccentur in consistentiam pilularum, sub finem addendo

Mastiches,
Myrrhæ, pulveratarum. a. Unc. semis.
Croci Drachmas duas.

F. Massa.

Purgant ex stomacho & cerebro cæterisque partibus omnem pituitam; roborant ventriculum, ejusque debilitates restituunt: omnemque cruditatem corrigunt.

Dosis à scrupulo ad drachmam integram.

Pilulæ Agarici.

℞. Agarici Trochiscati Drachm. tres.
Turbith gummosi Drach. quinque.
Pulveris Hieræ simplicis Galeni Unciam semis.
Trochiscorum Alhandal,
Myrrhæ, ana Drachmas duas.
Mastiches,
Radicis Iridis Florentinæ,
Fol. Marrubii, ana Drachm. unam.

Cum Vino Canarino F. Massa.

Purgant & liberant pectus ab omni pituita: atque omnes viscidos humores ex corpore educunt.

Dosis ad drachmam unam.

Pilulæ Aureæ.

℞. Aloes lucidæ,
Scammonii præparati, ana Drachm. quinque.

Rosa-

Rosarum rubrarum,
Sem. Apii, ana Drach. duas & semis.
Anisi,
Fœniculi, ana Drach. unam & semis.
Croci,
Mastiches,
Trochisc. Alhandal, ana Drach. unam.
Cum Melle Rosaceo F. Massa.

Purgant cerebrum, omniumque sensuum organa; acuunt visum & auditum; pellunt flatus, malasque ventriculi & intestinorum constitutiones: curant colicos, & nephriticos dolores, &c.

Dosis ad drachmam unam.

Pilulæ Cochiæ.

℞. Pulveris Hieræ simplicis Galeni, Drachmas decem.
Trochiscorum Alhandal Drachmas tres & semis.
Scammonii præparati Drachmas duas & semis.
Turbith gummosi,
Flor. Stœchadis, ana Drach. quinque.
Cum Syrupo è Stœchade F. Massa.

Usus & *Dosis* ut de *pilulis Agarici* & *aureæ* dictum.

Pilulæ Cynoglossi.

℞. Radicum Cynoglossi siccatarum,

Seminis Hyoſcyami albi,
Opii præparati, ana Unc. ſemis.
Myrrhæ Drachmas ſex.
Thuris maſculi Drachm. quinque.
Croci,
Caſtorei,
Styracis Calamitæ, ana Drach. duas.
Cum Aqua Roſarum F. Maſſa.

Omnes acres humores, pulmones afficientes, incraſſant, ut facilius expectorentur, qui alias tuſſim inducerent: conducunt in aſthmaticis paroxyſmis.

Doſis à duobus granis ad decem.

Pilulæ Extracti catholici.

℞. Pulpæ Colocynthidis Drachm. ſex.
Agarici albi,
Hellebori nigri,
Pulveris Diarrhodôn Abbatis, ana Unciam ſemis.

Ex hiſce extrahatur Tinctura per Spiritum Vini: cui percolatæ adde pulverum
Aloes lucidæ Unciam unam.
Scammonii præparati Unc. ſemis.
Evaporentur in Extracti conſiſtentiam.

Extractio fit in balneo mariæ; quidam pulverem diarrhodon Abbatis ſeparatim extrahunt cum aqua fœniculi, deinde tincturam extractioni adjiciunt.

Omnes in corpore humores expurgant.

Doſis à decem ad viginti quatuor grana.

Pilulæ Fœtidæ majores Mesuæ.

℞. Trochiscorum Alhandal,
Aloes lucidæ,
Ammoniaci,
Opopanacis,
Sagapeni,
Myrrhæ,
Epithymi,
Seminis Rutæ, ana Drach quinque.
Scammonii præparati Drach. tres.
Rad. Turbith gummosarum Drach. quatuor.
Esulæ minoris,
Hermodactylorum, ana Drachmas duas.
Zingiberis Drachmam unam & semis.
Spicæ Nardi Indicæ,
Cinamomi,
Croci,
Castorei, ana Drachmam unam.
Euphorbii triti Scrupulos duos.
Cum Succo Foliorum Porri F. Massa.

Inservire etiam possunt pro Pilulis ex ermodactylis.

Gummi in succo porri dissolvi queunt, que pulvis admisceri potest.

Omnem pituitam lentam & viscidam xpellunt; utiles sunt in arthride vaga & xa, lumbagine, colicis doloribus, carialgiâ: menstrua provocant.

Dosis ad drachmam unam.

Pilulæ Hieræ cum Agarico.

℞. Pulveris Hieræ ſimplicis Galeni,
Agarici Trochiſcati, ana Unc. ſemis.
Aloes lucidæ Unciam unam.
Cum Melle Roſaceo F. Maſſa.

Uſus eſt pro ſtomacho, aſthmate, & ubi viſcidi inveniuntur humores.

Doſis eſt unica drachma.

Pilulæ Lapidis Lazuli Meſuei.

℞. Lapidis Lazuli pulverati, & ſæpius abluti, Drachmas ſex.
Epithymi,
Radicum Hellebori nigri,
Agarici Trochiſcati, ana Unc. unam.
Scammonii præparati,
Salis gemmæ, ana Drachmas duas & ſemis.
Caryophyllorum.
Seminis Aniſi, ana Unciam ſemis.
Pulveris Hieræ ſimplicis Galeni Drachmas quindecim.
Cum Succo Fumariæ F. Maſſa.

Purgant (ut putatur) omnes humores acidos & nigros; ideoque utiles in quartanis, cancro, aliiſque morbis ex acido provenientibus.

Doſis eſt una drachma.

Pilulæ Laudani Opiati.

℞. Opii Thebaici puri, Spiritu Vini dissoluti, cocti parum, & percolati, Unciam unam.

Misceatur cum Tinctura per Spiritum Vini extracta ex

Pulveris Diambræ Unciâ dimidiâ.

Evaporentur in consistentiam pilularum, sub finem addendo

Croci Britannici Drachmam unam.
Castorei Drachmam semis.

Servetur Massa usui.

Ob laudandas virtutes summoperè laudatur, & vix ex Medicina est proscribenda. Intolerabiles dolores acutos refrænat: somnum conciliat; compescit convulsiones, vomitus, omnemque alvi fluxum; mitigat tussim; sanat febres omnesque morbos originem ex acido habentes.

Dosis à grano uno ad quatuor.

Pilulæ Mastichinæ.

℞. Mastiches Unciam semis.
Agarici Trochiscati Drachm. tres.
Aloes lucidæ Drachmas decem.

Cum Succo Absinthii F. Massa.

Ex ingredientibus satis patet, hasce pilulas esse stomachicas, quarum *dosis* datur ad drachmam unam.

Pilulæ Nitri Alex. Tralliani.

℞. Salis Nitri purificati,
Euphorbii triti, ana Drachm. unam.
Scammonii præparati,
Trochiſcorum Alhandal,
Radicum Hellebori nigri,
Aloes lucidæ,
Myrrhæ,
Gummi Arabici, ana Drachm duas.

Cum Succo Braſſicæ, & Melle cocto F. Maſſa.

Expellunt omnes humores viſcidos & tenaces. Præſcribuntur in morbis capitis, ventriculi: in Arthritide vaga & fixa, vertigine, lue venerea &c.

Doſis ad drachmam unam.

Pilulæ Peſtilentiales communes.

℞. Aloes lucidæ Uncias duas.
Myrrhæ Unciam unam.
Croci Unciam ſemis.

Cum Vino Canarino F. Maſſa.

Dantur in omnibus morbis malignis & peſtilentialibus: reſiſtunt omni putredini; purgant quoque ſtomachum.

Pilulæ Sine quibus.

℞. Aloes lucidæ Drach. quatuordecim.
Scammonii præparati Drachm. ſex.
Agarici Trochiſcati,
Rhabarbari,
Fol. Senæ mundatorum, ana Unciam ſemis.
Myrobalanorum citrinarum Drachmas duas.
Herb. Abſinthii,
Flor. Violarum,
Roſarum rubrarum,
Cuſcutæ,
Maſtiches,
Salis gemmæ, ana Drachm. unam.

Cum Succo Fæniculi, & Euphragiæ F. Maſſa.

Dantur in morbis capitis, oculorum ſuffuſione, eorumque tenebroſitate; viſum acuunt; item valent in aurium ſuſurru, & omnes humores malè conſtitutos expurgant.

Doſis ad drachmam unam.

SECTIO X.

De Oleis.

OLEA PER EXPRESSION.

Oleum Amygdalarum dulcium.

℞. Amygdalas dulces ſiccatas, non rancidas, q. v.

Minutiſſimè contuſas panno aſpero cannabino inde, & ſine igne prælo ſenſim Oleum exprime.

Uncia una aſſumpta, expellit ſecundinas retentas, ut & arenulas nephriticas; externè emollit.

Eodem modo fiunt

Oleum.

Amygdalarum amararum.
Laurinum genuinum, quod ex Inſulis Fortunatis venit.
Macis venit ex India orientali
Nucis Juglandis.
Moſcharæ venit ex India Orientali,
Ovorum.

Oli-

Olivarum maturarum, venit ex Hiſpania.
Olivar. immaturarum, *ſeu* Omphacinum, venit ex Hiſpania.
Palmæ, quod ex Indiis, & Guinea defertur.
Sem. Erucæ,
Hyoſcyami,
Lini,
Nigellæ,
Papaveris.

Quorum omnium præparatio, ut nota, omittitur.

Oleum Ovorum.

℞. Ovorum Gallinaceorum, q. v. coquantur ad duritiem, vitella torreantur in lebete ſuper prunas, donec oleoſa evadant, deinde fiat expreſſio.

Emollit, & malè aliquando adverſus infantium herniam præſcribitur. Delet cicatrices poſt uſtionem relictas; ſiſtit dolores aurium & dentium; facit capillos creſcere. Herpetem ſimplicem & exedentem curat: valet ad perniones & manuum à frigore tumores, ut & papillarum rimas.

OLEA PER INFUSIONEM, & DECOCTIONEM.

Oleum Absinthii.

℞. Comarum Absinthii virentis incisarum, & contusarum, Uncias quatuor.
Olei Omphacini Libras tres.

Macerentur per quindecim dies in nimbo vitreo ad Solem, vel loco calido; ter repetendo Comarum infusionem; & ultimæ infusioni addendo

Succi Absinthii Uncias quatuor.

Coquantur leviter ad Succi consumptionem.

Externè calefacit; sedat vomitum & nauseam; vermes necat. Etiam adversus vermes & flatus clysteribus adjicitur.

Eodem modo fiunt

Oleum.

Anethinum, ex foliis & floribus.
Chamæmelinum, ex Malis Cydoneis non excorticatis, & Oleo Omphacino.
Hyperici, ex summitatibus & floribus.
Keyrinum, ex floribus Leucoii lutei.
Liliorum alborum, ex floribus.

Majo-

Majoranæ nobilis.
Menthæ crifpæ fativæ cum Omphacino.
Nepetæ.
Nymphææ, ex flor. albis & Omphacino.
Rofaceum completum, ex Rofis apertis & Oleo maturo.
Rofaceum omphacinum, ex Rofis rubris nondum penitus apertis, & Oleo omphacino.
Rutaceum.
Scorpionum fimplex, cum Oleo Amygdalarum amararum.
Solani, ex foliis & baccis, cum Oleo Rofaceo omphacino.
Trifolii odorati, ex foliis & floribus.
Violaceum, ex floribus & Omphacino.
Verbafci, ex floribus & Oleo maturo.

Quorum omnium compofitio, ut notiffima, præteritur.

Vires continent, uti Herbæ aut Flores, ex quibus defiderantur.

Oleum Capparum.

℞. Cort. Rad. Capparum Unc. unam.
Tamarifci,
Radicum Cyperi,
Seminis Agni cafti,
Fol. Scolopendrii, *feu*
Ceterach, ana Drachm duas.
Rutæ, Drachmam unam.
Aceti Vini,
Vini optimi, ana Uncias duas.
Olei maturi Libram unam.

Co-

Coquantur in duplici vase ad consumptionem Vini & Aceti, colentur, & exprimantur.

Ventres & lienes induratos emollit, si externè è regione duritiei illinatur.

Oleum Castorei.

℞. Castorei,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Opopanacis.
Euphorbii,
Casiæ ligneæ,
Rad. Costi,
Cyperi,
Pyrethri,
Spicæ Nardi Indicæ,
Foliorum Sabinæ,
Croci,
Schœnanthi,
Cubebarum,
Piperis longi,
nigri, ana Drachmas duas.
Olei Libras tres.
Vini odoriferi Libras duas.

Terendis tritis macerentur omnia simul in Vino per diem naturalem: coquantur cum Oleo in diplomate ad Vini consumptionem: colentur, & exprimantur.

Valet in morbis tendinum, nervorum & cerebri, ex frigore ortis: ut & in convulsionibus, spasmo, artuum tremore & paralysi.

Oleum

Oleum Crocinum pro Emplastro è Ranis.

℞. Croci Britannici,
Cardamomi,
Radicum Acori, ana Unciam unam.
Myrrhæ Unciam semis.
Infundantur Aceto per sex dies: dein adde
Olei Olivarum Libram unam & semis.
Coquantur lento igne ad aceti consumptionem, colentur & exprimantur.

Usus in omni tendinum, & nervorum morbis; item morbis ex frigore ortis: partium duritie.

Oleum Euphorbii.

℞. Euphorbii Unciam semis.
Olei Keyrini,
Vini odori, ana Uncias quinque.
Coquantur ad consumptionem Vini.

Usus est in cephalalgia & morbis soporosis, quando naribus inditur: valet ad alopeciam, aurium susurrum, arthritim vagam & fixam, indurationes &c.

Oleum Irinum.

℞. Radicum Iridis recentium contusarum Libram semis.
Florum Iridis cæruleæ recentium Libram unam.

De-

Decocti, *vel* Succi aliarum Radicum Iridis Libram unam.
Olei Olivarum Lib. tres & semis.
Coquantur in vase duplici ad liquoris consumptionem: colentur & exprimantur.
Emollit, mitigat, resolvit, discutit, ideoque in omni induratione utile.

Oleum Lumbricorum terrestrium.

℞. Lumbricorum terrestrium Vino generoso albo lotorum, Lib. semis.
Olei Olivarum Libras duas.
Vini albi Uncias quatuor.
Bulliant ad Vini consumptionem, colentur & exprimantur.
Anodynum est, & utile in omni nervorum & tendinum morbo & puncturis utriusque.

Oleum Mastichinum.

℞. Mastiches electæ Uncias tres.
Olei Rosacei Libram unam.
Vini odori Uncias duas.
Coquantur in diplomate ad consumptionem Vini: colentur, & exprimantur.
Externè illinitur in omni ventriculi & intestinorum imbecillitate; valet etiam in nervorum & tendinum morbis.

Ole-

Oleum Mucaginum.

Rad. Althææ recentium inciſarum Uncias quatuor.
Scillæ recentis contuſæ Unciam unam.
Sem. Fœnugræci.
Lini, integrorum, ana Unciam unam & ſemis.
Macerentur in ſ. q. aquæ: deinde leniter [...]*uantur, donec remittent craſſam, & viſco*[...]*m mucilaginem: cui adde*
Olei Anethini,
Chamæmelini,
Liliorum alborum, ana Unc. ſexdecim.
Coquantur ſimul ad humiditatis aqueæ [...]*ſumptionem, ſubinde agitando ne adu*[...]*ntur.*
Ingreditur quibuſdam unguentis & Em[...]ſtris, alias partes induratas emollit.

Oleum Myrtillorum.

Baccarum Myrti ſiccatarum confra-ctarum Libram ſemis.
Olei Omphacini Libr. unam & ſemis.
Vini rubri auſteri Uncias quatuor.
Macerata coquantur ad Vini conſumptio[...]*n, colentur, & exprimantur.*
Aſtringit & refrigerat, ejuſque uſus eſt

eſt ad inflammationes refrigerandas, & inter defenſiva numeratur in oſſium nempe fractura aut luxatione.

Oleum Nardinum.

℞. Spicæ Nardi Uncias tres.
Fol. Majoranæ Uncias duas.
Lauri,
Ligni Aloes,
Rad. Calami aromatici,
Cyperi,
Helenii,
Cardamomi,
Macis,
Schœnanthi, ana Unciam unam & ſemis.
Vini albi,
Aquæ communis, ana Uncias quatuordecim.
Olei Olivarum Libr. quatuor & ſemis.

Coquantur in duplici vaſe ſ. a. colentur, & exprimantur.

Ante coctionem aliquot dies in loco calido debet infundi.

Attenuat, & valet in omni capitis morbo frigido, ut & nervorum: calefacit ventriculum, cæteraque viſcera; ſanat paralyſin: tumores pellit: ſedat renum & veſicæ dolores.

Ole-

Oleum Vulpinum.

℞. Vulpem excoriatam, exenteratam, ossibus confractis, & contusis, minutim concisam.

Coquatur in Aquæ marinæ, vel alterius salitæ q. s. Ex dimidio coctæ adde

Olei veteris Libras quatuor.
Herb. Anethi,
Origani,
Thymi, ana Libram semis.

Coquantur denuo donec caro ab ossibus separetur, & aqua consumatur: colentur, & exprimantur.

Vires sunt ut de *Oleo lumbricorum* dictum.

OLEA PER DESTILLATIONEM.

Oleum

Baccarum Juniperi.
Caryophyllorum.
Cinamomi.
Ligni Rhodii.
Macis.
Majoranæ.
Nucis moschatæ.
Origani Cretici.
Rorismarini.
Spicæ.

Sem.

Sem. Anethi.
Anisi.
Carei.
Fœniculi.

Omnia hæc olea per Vesicam destillentur s. a præmissâ debitâ simplicium cum s. q. aquæ maceratione.

Horum quædam India Orientalis ad nos mittit, & quædam apud nos præparantur.

Recipiuntur itaque Herbæ aut semina, macerentur cum aqua & sale per tres dies: fiat per vesicam destillatio, tunc recipies aquam & oleum, quæ ab invicem separanda.

Olea illa sequuntur vires simplicium, ex quibus sunt destillata.

Oleum Corticum Arantiorum.
Citriorum.

℞. Corticum recentium q. v.

Macerentur donec putruerint: deinde cum s. q. aquæ destillentur per Vesicam.

Melius est ex flavedine corticum: & si ex recentibus absque destillatione, instituatur destillatio, gratioris odoris accipies oleum, alias fœtet.

Usus in morbis colicis, flatibus, & viscidis, frigidisve ventriculi morbis.

Dosis à gutta una ad decem.

Ole-

Oleum Ceræ.

℞. Ceræ partem unam.
Arenæ partes tres.

Liquefactâ Cerâ, & admixtâ arenâ de-illentur ex Retorta per gradus ignis.

Si rectificetur eo melius.

Usus in omni nervorum & tendinum orbo & puncturis, distortis & strigosis embris, arthritide, & omnibus morbis à igore ortis.

Oleum Laterum, seu Philosophorum.

℞. Lateres, aut tegulas rufas antiquas, q. v.

Contusas & vehementer excandefactas stinguito in
Oleo claro veteri.

Quo imbutas in tenuissimum pulverem nterito, Retortæ indito, & igne aperto de-llato extrahe Oleum.

Vires sunt eædem ut vires olei terræ.

Oleum Succini.

℞. Succini albi, vel flavi q. s.

Ut repleatur tertia pars Retortæ, & de-lletur per se in cineribus igne gradatim ad-nto.

Additur quoque arena, ut pori magis pateant: destillatione peracta habebis oleum, spiritum & sal.

Vires ut supra. Internè datur nephriticis, & in menstruis obstructis: gonorrhæam quoque sanat; externè in hysterica passione sub naribus linitur: valet in punctura nervorum, & omni nervorum & tendinum morbo. Admiscetur aliquando oleis, unguentis & Emplastris.

Oleum, seu Spiritus Salis.

℞. Muriæ fortissimæ, ex vasis, quibus Sal asservatur, extillantis q. s.

In illam Lateres, vel tegulæ veteres intense candentes pluries injiciantur, donec q. s. muriæ imbiberint, qui deinde contusi indantur Retortæ lutatæ cum amplo Recipiente, & destillentur per gradus ignis.

Resistit omni putredini: mundat renes & vesicam ab arenulis; sitim extinguit.

Semper admiscetur aliis vehiculis convenientibus: datur ad guttas viginti in 20. unciis alicujus vehiculi, vel potius datur ad gratum acorem.

Oleum, seu Spiritus Sulphuris.

℞. Sulphuris q. v.

Destilletur per Campanam vitream loco humidiori, aëreque pluvioso.

Inda-

Indatur crucibulo sulphur grosso modo tusum, illudque alicujus patinæ.

Admiscetur julepis ad refrigerandum in febribus.

Oleum Terebinthinæ.

℞. Terebinthinæ q. v.

Destilletur per Vesicam affusâ aquæ copiâ.

Urinam pellit & arenulas renales : sanat Gonorrhæam, pectoris morbos ex frigore ortos; omnes nervorum & tendinum morbos; membra paralytica & strigosa; aurium tinnitus; arthritim &c.

Interne à guttis 4. ad decem.

Oleum Vitrioli.

℞. Vitrioli Romani ad rubedinem calcinati, & triti q. s.

Destilletur ex Retorta lutata, vel Cucurbita terrea, cum amplo Recipiente, servatis ignis gradibus.

Pro recipiente maximè conveniunt ollæ illæ indicæ in quibus zingiber conditum, aliaque condita ad nos mittuntur.

Vires ut de *spiritu sulphuris* dictum; sed *Dosis* paulo minor est.

OLEA PER DELIQUIUM.

Oleum, seu Liquor Guajaci.

℞. Gummi Guajacini q. v.

Dissolvatur in s. q. Spiritus Vini fortioris, & colatura, abjectis fæcibus, reservetur.

Sudorem movet; daturque in lue venerea.

Dosis ad guttas viginti.

Oleum, seu Liquor Myrrhæ.

℞. Myrrhæ electæ pulveratæ q. s.

Indatur Albuminibus ovorum ad duritiem coctis, & in loco humido solvatur in liquorem oleaginosum. Recens semper præparandum.

Sanat rimas papillarum, manuum à frigore tumentium.

Oleum, seu Liquor Plumbi.

℞. Plumbi calcinati q. v.

Affuso Aceto destillato maceretur, & Tinctura filtretur per chartam bibulam, usuque servetur.

Valet illitus ad inflammationes mitigandas.

Oleum, seu Liquor Tartari.

℞. Tartari calcinati donec albescere incipiat q. v.

Pulveratum imponatur Manicæ Hippocratis laneæ in loco frigido ac humido suspensæ: ita solvetur in liquorem vase vitreo supposito excipiendum, semelque adhuc filtrandum.

Ex

Ex eo varia parantur medicamenta. Cutim detergit & albeſcere facit. Urinam pellit, deobſtruit, febres mitigat.

Hiſce annumeretur

Oleum Petræ naturale.

Uſus eſt circa nervoſum & tendinoſum genus, in nervorum punćturis: in membris paralyticis & ſtrigoſis &c.

SECTIO XI.

De Unguentis.

Unguentum Adſtringens Fernelii.

℞ Olei Roſacei aquâ aluminoſâ ſæpiùs abluti Lib. unam & ſemis.
Ceræ Albæ, Uncias quatuor.
Acaciæ,
Baccarum Myrti,
Balauſtiorum,
Cort. Glandium,
Granatorum,
Gallarum immaturarum,
Nucum Cupreſſi,
Rhois culinariæ,
Maſtiches, ana Unciam unam.

Omnia exactè trita macerentur in Succis Mespilorum, & Prunorum sylvestrium per dies quatuor, deinde siccentur igne lento, sicque cum Oleo & Cera F. s. a. Unguentum.

Usus est in Herniis, & etiam pro defensivo haberi potest.

Unguentum Ægyptiacum.

℞. Æruginis Uncias quinque.
Aluminis crudi Unciam unam.
Mellis optimi Unc. quatuordecim.
Aceti fortis Uncias septem.

Coquantur s. a. in consistentiam Unguenti.

Mundat ulcera; sanat gingivas cruentas; & sistit gangrænam.

Unguentum Agrippæ.

℞. Rad. Bryoniæ recentium Libr. duas,
Cucumeris asinini Lib. unam.
Scillæ Libram semis.
Iridis Uncias tres.
Ari,
Ebuli,
Filicis, ana Uncias duas.
Ceræ albissimæ Uncias quindecim.
Olei Libras quatuor.

F. s. a. Unguentum.

Coquantur omnia donec radices fere mollescant, deinde cum oleo iterum coquantur usque dum omnis humiditas avolave-

averit: colatio fit per pannum, oleo expresso adde ceram & liquefac simul.

Usus est in aquosis tumoribus, œdemate &c. mollificat glandulas induratas: mammillarum lac exsiccat: induratos ventres & lienes sanat.

Unguentum Album caphuratum.

℞. Olei Rosacei Libram unam.
Ceræ albæ Uncias tres.
Cerussæ Uncias sex.
Caphuræ cum Oleo rosaceo tritæ Drachmas duas.

F. s. a. Unguentum.

Oleum cum cera primum liquefac, adde tunc caphuram cum oleo rosaceo tritam: sub finem admisce cerussam. Agita omnia donec friguerint, alias cerussa subsideret, & cera in superficie coagularetur.

Valet ad inflammationes pellendas, ut & in ambustione, Erysipelate, scabie, &c. siccat citissimè ulcuscula.

Unguentum Althææ simplex.

℞. Olei Mucaginum Libras duas.
Ceræ citrinæ Libram semis.
Resinæ Uncias tres.
Terebinthinæ Unc. unam & semis.

F. s. a. Unguentum.

Omnia simul liquantur. Emollit indu-

ratas partes: bonum eſt in morbis pectoris, pleuritide, ventriculi inflatione, membris ſtrigoſis & doloroſis, nervorum punctionibus: mammarum lac exſiccat.

Unguentum Althææ compoſitum.

℞. Olei Mucaginum Libras duas.
Ceræ citrinæ Libram ſemis.
Reſinæ,
Colophoniæ, ana Uncias tres.
Gummi Galbani,
Hederæ,
Terebinthinæ ana *Unciam* unam.
F. ſ. a. Unguentum.

Oleum cum cera, reſina & colophonia ſimul liquatur. Solve interim gummi Galbani & Hederæ in aceto, coquantur ad juſtam ſpiſſitudinem, admiſce terebinthinam: priori deinde liquationi ferè frigefactæ conjunge ſimul, piſtillo bene miſcendo & agitando

Vires, ut in priori deſcriptione ſed potentiores.

Unguentum Apoſtolorum.

℞. Ammoniaci,
Reſinæ,
Terebinthinæ,
Ceræ citrinæ, ana Drachmas quatuordecim.
Lithargyrii auri Drachmas novem.

Ari-

Ariſtolochiæ longæ,
Bdellii,
Thuris maſculi, ana Drachmas ſex.
Galbani,
Opopanacis,
Myrrhæ, ana *Unciam* ſemis.
Æruginis Drachmas duas.
Olei communis Libras duas.
Aceti q. ſ.

F. ſ. *a. Unguentum.*

Coquatur oleum cum lithargyrio in unguenti conſiſtentiam, adde ceram cum reſina: interim ſolvatur Ammoniacum, Bdellium, Galbanum, Opopanax in aceto, & coquantur in *Unguenti* conſiſtentiam, admiſce terebinthinam, hanc mixturam conjunge cum priori ferè frigefacta, agita piſtillo, interim inſperge æruginem, & poſtea cæteros pulveres.

Mundificat omnia ulcera inveterata, ut & ſinus fiſtuloſos: gangrænam abarcet: etiam pro digeſtivo haberi poteſt.

Unguentum Arthanitæ.

℞. Succi Radicum Cyclaminis Libram unam (*aut ejus defectu*, Decocti unius Libræ Radicum Cyclaminis ſiccatarum in taleolas inciſarum)
Succi Cucumeris aſinini,
Butyri vaccini, ana Libram ſemis.
Olei Irini Libram unam.
Rad. Polypodii quercini *Unc.* tres.

Pulpæ Colocynthidis Unciam unam & semis.
Euphorbii Drachmas duas

Contundendis contusis macerentur simul omnia per aliquot dies: postea leviter ebulliant ad succorum consumptionem: colentur, & exprimantur. In expresso liquefiant

Ceræ flavæ Unciæ Duæ & semis.

Hisce adhuc tepidis immisceantur

Sagapeni aceto soluti, cocti, percolati, & denuo ad consistentiam Unguenti evaporati, Drach. tres.
Fellis taurini evaporati ad mellis crassitiem Uncia semis.

Et postremo sequentia tenuissimè pulverata.

Scammonii,
Colocynthidis,
Turbith albi,
Aloës,
Baccar. Mezeræi, ana Drach. duæ & semis.
Euphorbii,
Myrrhæ,
Florum Chamæmeli,
Piperis longi,
Zingiberis, ana Drachma una.
Salis gemmæ Drachmæ duæ.

F. s. a. Unguentum.

Abdomen hoc unguento litum, dicitur, alvum purgare; & vermes necare.

Un-

Unguentum Aureum.

℞. Olei communis Libras duas.
Ceræ citrinæ Uncias ſex.
Terebinthinæ Uncias duas.
Reſinæ Pini,
Colophoniæ, ana Unc. unam & ſemis.
Hiſce ſimul liquatis, & tepefactis, inſperge ſequentem pulverem.
Maſtiches,
Thuris, ana Unciam unam.
Croci Drachmam unam.
F. ſ. a. Unguentum.

Eſt bonum digeſtivum in omnibus vulneribus & ulceribus: ſanat membra ſtrigoſa, paralyſin, omneſque nervoſi generis morbos.

Unguentum Baſilicon, ſeu Tetrapharmacon.

℞. Ceræ citrinæ,
Picis nigræ,
Reſinæ ana Libram ſemis.
Olei communis Libras duas.
F. ſ. a. Unguentum.

Liquefiant cera, reſina & oleum ſimul, & pene frigefactis affunde picem ſeparatim liquefactam, deinde omnia bene agita, donec refriguerint.

N. B. Si omnia ſimul liqueſcant, pix ſæpe non miſcetur, ſed fundum petit.

Mundificat omnia ulcera; extrahit omnes festucas, spinas, &c. maturat inflammationes.

Unguentum Calcis.

℞. Calcis Vivæ f. a. lotæ, & exsiccatæ, *Uncias* duas,
Cerussæ *Uncias* duas & semis,
